tum vobis, nec alienum a praesenti reipublicae necessitate futurum arbitrantur, si per nos de electione futuri successoris, quam instituitis, amanter vobiscum conferrent; idque non eo proposito quod prudentiam incomparabilem praesenti negotio dubitent non sufficere, vel quod iuris hic aliquid sibi sumere cogitent, vel etiam quod curiosi in aliena republica videri velint; verum eo potius fine ut et ipsi de sua apud vos voluntate testarentur, et ne officio quod patriae paci et concordiae publicae debent, defuisse videantur. Quod quidem pro ea quae summa vestra est sapientia et humanitas in sinistram partem accepturos vos non esse omnino confidunt. Optant autem omnium primum, hi principes nostri, vobis ad hanc deliberationem vestram eum divinitus concedi spiritum quo in auguratione Davidis Israelitarum regis Samuelem afflatum sacris proditum est litteris ut propediem vestris auspiciatissimis suffragiis eum videre Poloniae regem liceat, qui non nisi Deo grata huic regno salutaria cunctis incolis utilia quaerere, cogitare, procurare velit et possit, qui cum vicinis populis, maxime vero Romano Imperio, societatem colat, amicitiam servet et pacem amet, quique genio Iagellonum in profigandis et debellandis Christiani nominis hostibus, et gladio eruditionis ^{a)} armatus sit; cuius modi vos habituros regem, iidem principes nostri clementissimi non diffidunt si summorum in christianissimo orbe monarcharum, multorumque aliorum principum nec non omnium eorum quibus communis reipublicae salus curae est, sententiam fecistis in serenissimum Austriae Archiducem Ernestum, Caesareae Maiestatis filium suffragia contuleritis. Nam cum sit princeps in Republica Christiana natus, summo optimi parentis et sanctissimi studio pie educatus, dubitandum non putant quum pro tuitione et defensione reipublicae christianae sedulo sit advigilaturus, ne Christi inimicis eorumque crudelitatis administris aditus ad eam, nunquam aperiatur. Cumque et iis disciplinis quae ad bene recteque gubernandum pertinent, satis superque instructus sit, sua sponte lubenter ea, quae ad publicam pacem et cuiusque privatam utilitatem pertinere intelliget, eum procuraturum. Norunt praeterea amplitudines vestrae quam coniunctissimae semper necessitudines inter Iagelloniam et Austriacam familiam extiterint, huncque Ernestum ex Iagellonico sanguine oriundum esse. In memoria habetis, Casimiro, regi vestro, primogenitum fuisse Vladislaum, Hungariae et Bohemiae regem, hocque prognatam Annam, matrimonio collocatam Ferdinando imperatori, quae postea mater facta est Maximiliani qui imperio nunc praest Romano, et huic Ernesto fuit avia. Quid autem omni aetate et apud omnes populos regum stirpibus maxime primogenito datum fuerit, satis constat ut eo nomine non minimam huius Ernesti in praesenti deliberatione prae coeteris competitoribus habendum esse rationem existimetur. Quanti item Sigismundus rex sapientissimus, nec non ex plentissimi patris institutione Sigismundus Augustus, Austriacam familiam foverint, et quia quantopere uterque semper studuerit hanc domum vobis quam commendatissimam facere, memoria tenetis. Quemadmodum nec vos fugere potest, quam multos insignes heroes ex eadem Austriaca familia Deus Immortalis in hac ultima mundi senecta excitaverit, quorum omnium indolem hunc Archiducem Ernestum referre omnes, qui ei familiares adfuere, confirmant. Quanquam vero intelligant iidem principes nostri clementissimi esse aliquos, qui partim pollicitationibus splendidis, quidem verum vanis atque incertis, partim apertis calumniis, partim etiam minis animos ad se vestros pertrahere conentur, nullus tamen eorum est, ut

quibus Polonicae gentis, virtus, prudentia, rerum experientia, fortitudo et imperterritum pectus explorata sunt, cui non persuasit, vosmetipsos ex tum multis verum argumentis prospicere vestrum amplissimum regnum Augustissimae Austriacae familiae potius quam illorum fidei permittendum esse; cum illa domus humanitate, ^{b)} clementia, mansuetudine, temperantia, aequitate, pietate, iustitia et aliis rege dignissimis virtutibus ab Immortali Deo, quam ornata; easque ob causas non sine magno iudicio eidem familiae iam octavum gubernacula imperii Romani commissa sint. Quare ut in eandem sententiam concordibus suffragiis se mota omni sinistra suspicione vos quoque descendatis, Reverendissimi atque Illustrissimi Principes nostri, pro ea, qua et ipsi erga communem orbis Christiani salutem Imperii Romani et huius Regni multis nominibus sibi coniuncti, incolumitatem, tranquillitatem, affectione tenentur, hactenus exoptarunt et etiam nunc hodie id ipsum exoptant, petunt et rogant, quo et fata huius regni habere propriam salutem id exposceret manes regum defunctorum efflagitare: et denique quo Deum Optimum Maximum vos vocare non obscure cernunt. His itaque tantorum Principum desideriis, bonorum virorum votis, amicorum expectationibus ubi satisfeceritis, videre nunc videmini publicam illam laetitiam in quam maxima pars orbis Christiani tunc se est effusura. Quis est, qui non perspiciat hoc facto vobis Germanorum, Italorum, Hispanorum, Hungarorum, Bohemorum, Bulgarum, Indorum etiam et omnium aliorum populorum, quibus Austriaca domus praeest, animos conciliatos iri. Gaudebunt enim hi omnes sub communi vos secum vivere tutela; unde ad commerciorum affinitatum societatem et omnium denique fortunarum communicationem, vobis tamque eiusdem civitatis civibus sunt aditum perlubenter absque omni difficultate concessuri, fraternoque vos simul amore complexuri. Denique inclitam nationem Polonicam de se polliceri iubent Principes nostri, non solum sibi gratisimum fore, tria vicina regna a duobus fratribus germanis, sapienti concordia et placida administratione gubernari, quod a duobus fratribus Polonis parentes nostri suo tempore factum meminerunt; sed etiam sedulo daturos operam, ut quae hactenus inter utramque gentem, Polonicam et Germanicam, observata sit necessitudo, etiam cumulator, arctior ^{a)} et firmior reddatur, nec non ad socios quoque Reges et Respublicas cum omnium nostrum satisfactione ac utilitate transmittatur; et si animadverterint sibi suaeque intercessionis hac in re a vobis aliquid concessum esse, quod ut faciatis summa obtestatione quantum possunt a vobis iterum atque iterum contendunt. Significant etiam se vobis summopere devinctos fore, adeo, ut omnis generis studiis, atque officiis vobis ac vestratibus nunquam sint defuturi; et nos ut idipsum, in quod tot tantorumque principum animos non obscure propendere videmus ^{c)}, toti orbi christiano, ac in primis nationi Polonicae et Germanicae felix faustumque sit, Deum Optimum Maximum, ardentibus votis, totoque pectore una cum principibus nostris precamur et optamus.

a) lectio incerta

b) in ms.: humanate, error scriptoris.

c) viz legitur propter maculam

[*Constantinus Magno*]
 [ad Comitem de Montagudo]
 de itinere a se in Poloniam facto iussu comitis de Montagudo deque ex-
 pensis in hoc itinere.
 (Hisp. Orig.)
 A.G.S. Estado Leg. 668 f. 45.

Lo que Constantino Magno gastó en la jornada que hizo a Polonia y lo que costó el dinero que paso en el dicho reyno a donde fue por orden del ilustrisimo señor conde de Montagudo para alli proveer todo lo que tocase al servicio de Su Magestad Catholica.

Primo, para ponerse en orden con su persona y las que yvan en su compañía carros y otras cosas neçessarias, quatroçientos y ochenta y cinco florines 485. florines.

Que gastó en yr a Polonia y bolver con todo el aparato que llevaba y la costa de los carros y cocheros que llevó, quatroçientos y treinta y cinco florines 435 florines.

Costole mas aver de baratar el dinero en escudos y florines en plata, treçientos y çinquenta y siete florines (porque la cantidad que llevó fueron treinta y nueve mil y treçientos y treinta y quatro florines 357 florines.

A recibido de daño en XVIII y DCC florines que tomó en Norinberg a cambio para Milan y Venecia y se embiaron a Polonia setecientos y setenta y tres florines ^{a)} 763.

Que siendo vuelto a Viena de Polonia con todo lo que avia llevado ubo de embiar a Milán a Luis Magnio, ^{b)} su hermano, del dinero que avia recogido diez mill y quinientos escudos en que ubo de perder tres creiçes en cada uno que vienen a montar quinientos y veinte y dos florines 522 florines.

Que le cuesta asimismo el daño y cambio d'este dinero que a obtenido en su poder hasta ponello en Polonia y bolvello a Viena mil e dozientos y quarenta y dos florines, 1242 florines.

3804

Demas de todo lo dicho tiene empleados en plata y joyas al pie de siete mil florines que como dinero muerto no se aprovecha d'ello y asi le es de algun daño, lo que perdera en estas joyas no lo sabe porque tray pleito sobre ellas hasta que se determine y aclare lo qu'es, y a esta causa no lo pone aqui.

In margine, manu comitis de Montagudo: Esta quenta e visto y dado y tomado con Constantino sobre ella y parece que de la primera partida se pueden rebatir 200 florines y de la segunda 100 florines; si bien es asi que todo lo gastó, lo demás de los cambios tengo por sin duda lo que pone, Su Magestad proveera, lo que más sera servido. Montagudo.

a) sic in ms.; ratio non concordat; error calculi?

b) alias Magno

Matriti, 24.I.1572.

*Philippus II rex Hispaniae
ad Albertum Fridericum Brandenburgensem, in Prussia ducem
gratias agit ob falcones dono sibi datos.*

(Lat. Minuta.)

A.G.S. Estado Leg. 668 f. 49.

Al Marques de Brandemburg

Philippus Secundus Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem et caetera Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Bravantiae et Mediolani, Comes Habsburgi, Flandriae, Tirolis et caetera. Illustrissimo Principi Domino Alberto Friderico, Marchioni Brandemburgensi, ac in Prussia, Stetinae, Pomerania, Cassubarum ac Sclavonum, Burgravio Noremburgensi, Rugiaequae principi, amico et consanguineo nostro charissimo, salutem et res maxime secundas. Illustrissime princeps consanguine noster charissime. Magna nos voluptate afficit perpetua ista nostri memoria, et singularis erga nos dilectionis vestrae benevolentia. Cuius haud levia argumenta perspeximus in iis literis, quas proxime a vestra dilectione una cum octo falconibus accepimus. Hi quidem et specie pulcherrimi, et quod a vestra dilectione missi erant, non potuerunt non esse nobis per jucundi: et eo quidem magis quod videmus Dilectionem vestram, non modo paternum in nos amorem egregie imitari, sed vehementius etiam augere et hoc officio mittendi muneris continuato longius promovere. Id nos quam amanter accipiamus, quantique aestimemus, facile (ut speramus), Vestra Dilectio intelligit, si quando usus tulerit, ut nos gratam memoriam re ipsa prestare possimus. Interea Dilectioni Vestrae magnam, ut par est, gratiam de munere habemus. Optamusque, ut eius valetudinem Deus Optimus Maximus integram semper esse velit. Datum Madriti die XXIII^o januarii MDLXXII.

Philippus.

Gabriel a Zaias. a)

In dorso: Al Duque de Brandemburg, b) de Madrid, a XXIII de junio c) 1572.

a) *Utraque subscriptio manu scriptoris.*

b) *Inscriptio erronea: Marchio de Brandemburg erat Ioannes Georgius Hohenzollern, elector (1571-1598). Haec epistola scripta est ad Albertum Fridericum Hohenzollern, ducem feudatarium regis Poloniae in du-*

catu Prussiae (1568-1618); pertinebat ad gentem Hohenzollern, marchionum de Ansbach, qui etiam aliquando « de Brandemburg » vocabantur.

c) *In textu epistolae habetur: XXIII januarii 1572.*

Matriti 22.VII.1572.

*Philippus II rex Hispaniae
ad Albertum Łaski, palatinum Siradiensem
gratias agit de studio quod Łaski dat ad regis Hispaniae exhortationes
sequendas.*

(Lat. Minuta)

A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 55.

Philippus Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem etc.
Rex.

Magnifice Syncere nobis dilecte. Gratae admodum tuae nobis duplici nomine fuere literae, tum quod illae quam pie et syncere Catholicam Romanam fidem, sanctamque Sedem Apostolicam observes, tuerique exoptes, testantur; cum quod ex illis, tuam erga nos benevolentiam et propensionem abunde cognovimus. Quod et te dignum, et nobis Principique cuivis Christiano gratum facis. Tuosque conatus non possumus non summopere laudare, et amicum animum libentissime amplecti. Quae licet ex comitis Montacutani nostri apud Serenissimum Cesarem fratrem nostrum charissimum oratoris, in hanc sententiam ad nos datis literis intelleximus; nihil ominis iucundum etiam fuit, idem ex tuis ediscere ut (oblata hac ad te scribendi occasione) susceptum studium nostra exhortatione promoveas, et scias credasque nos illi non defuturos, sed quicquid Regia nostra gratia tibi praestari poterit, id omne nos libenter effecturos. ^{a)}

Deus Optimus Maximus tuo pio proposito aspiret, teque incolumem servet. Datum Madriti die XXII Julii M.D.XXII. - Philippus.

Philippus. ^{b)}

Gabriel à Zaias. ^{b)}

Magnifico syncere nobis dilecto Alberto à Lasko ^{c)} Palatino Siradiensi. ^{d)}

a) *hic expuncta verba*: quemadmodum haec
latius ex praedicto Comite intelliges.

c) *sic in ms. recte*: Łaski

d) *recte*: Siradiensi, Sieradz

b) *manu scriptoris*

Matriti 4.IX.1572.

*Philippus II rex Hispaniae
Maximiliano II imperatori
de d.r., i.a. de missione Petri Fajardo ad archiducis Ernesti in regem Poloniae electionem promovendam.*

(Hisp. Minuta)

A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 86.

.....
Agora querria yo y desseo en gran manera que con su ayuda enca-
minemos lo de Polonia de manera que el prinçipe Ernesto mi sobrino suc-

cediese en aquel reyno, y por que me ha parescido que (demas de la negociacion que por lo que me ha dicho Dietristan entiendo que alli se trae por parte de Vuestra Alteza) no sera fuera de proposito que se haga tambien en mi nombre el officio que el conde y don Pedro Fajardo diran a Vuestra Alteza (si assi le paresciere) podrales Vuestra Alteza mandar lo que viere que conviene, que assi lo cumpliran. Nuestro señor lo encamine y guarde la imperial persona de Vuestra Alteza como yo deseo. De Madrid a IIII de septiembre 1572.

In dorso manu Philippi II: Lo que tengo de escribir a mi hermano. *Ibidem, alia manu:* Minuta de mano de Su Magestad al Emperador, de Madrid a IIII Septiembre 1572.

N. 21.

El Pardo 14.XI.1572.

*Philippus II rex Hispaniae
ad Archiducem Ernestum
de negotio in Polonia.*

(Hisp. Minuta.)

A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 87.

Señor. Algunos dias ha que no tengo carta vuestra, pero mucho contentamiento de entender por las del conde de Montagudo vuestra salud y buenas nuevas por lo mucho que os quiero y estimo y assi le scrivo agora que os diga lo que de por aca se ofresçe y quanto desseo aya efecto lo de Polonia aunque sino succedere espero en Dios os guarda para otra cosa tal, o, mejor, por que tengo por sin dubda que siempre aveis de proçeder en las de su servicio con el zelo christiandad que hasta aqui correspondiendo al conosciendo que dellas y de todo lo bueno os ha dado, el lo haga y os guarde come yo desseo, del Pardo a 14 de noviembre 1572. Buen tio y hermano ^{a)} de Vuestra Alteza.

a) y hermano *superscriptum manu propria
Philippi II.*

N. 22.

El Pardo, 14.XI.1572.

*Philippus II, rex Hispaniae
ad Maximilianum II, imperatorem
de d.r., i.a. de Ernesto archiduce in regem Poloniae eligendo.*

(Hisp. Minuta)

A.G.S. Estado. Leg 668, f. 88.

Señor,

La carta de Vuestra Alteza del XI passado me saco del cuydado con que estava de su salud. Conservala Dios a Vuestra Alteza por tantos años

como aqui se la deseamos, a el gracias todos la teneamos y mucho contentamiento del que Vuestra Alteza receibo de ver coronar al Rey mi sobrino, de que me alegro con Vuestra Alteza y le doy la norabuena, esperando en Dios que con su ayuda y la buena diligencia de Vuestra Alteza se ha da efectuar assimismo lo de Rey de Romanos: y si para ello fuere menester la mia, la porne de tan buena gana como le he embiado a offrescer a Vuestra Alteza; cuyas manos beso muchas vezes por la demostracion que ha hecho en lo que toca a Flandres y parescer que me embia que lo he tenido en lo que es razon y assimismo lo que Vuestra Alteza tiene intencion de hazer en el particular de Final en beneficio de mis casas, que, demas de lo que Vuestra Alteza me scrive, el conde y don Pedro Fajardo me lo representan de manera que no dubdo me corespondera Vuestra Alteza con la voluntad y obras que yo he hecho lo que me tocava, y he de hazer siempre quanto pudiere en servicio y contentamiento de Vuestra Alteza. Terniale yo muy grande si lo de Polonia recayesse en Ernesto como lo desseamos. En lo de Florencia he visto el parescer de Vuestra Alteza y en avermele embiado he recibido mucha merced. Yo tambien voy mirando en ello y con otro avisare a Vuestra Alteza de lo que me occuriere ^{a)}. E la Imperial Persona Nuestro Señor guarde como puede. Del Pardo, a XIII de noviembre 1572. Buen hermano y hijo de Vuestra Alteza.

a) *hic in margine additur manu Philippi II:*
y responder a lo demas de la carta de
Vuestra Alteza: agora solo priego dectr...
(verbum expunctum non legitur)... reteni-
do de buen alcun... (idem)... de la reyna
my sobrina y dar a Vuestra Alteza la no-
rabuena de la nieta.

N. 23.

S. L., [post 11.X.1572.]

Ignotus

ad usum officii;

*relatio brevis litterarum Maximiliani II imperatoris ad Adamum Dietrich-
stein de 11.X.1572, de d. r., i. a. de rebus Poloniae.*

(Hisp.)

A.G.S. Estado. Leg. 668. f. 117.

La espedizion de Don Pedro Fajardo es buena; con todo no puedo cantar aun el Gloria Patri hasta que lo tenga en mis manos, bien creo que non havra dificultad en ello. D'estas y otras cosas no os digo más, por lo que os he dicho al principio ni de las cosas de Polonia tampoco, que estan aun harto dubdosas; mas en fin se ha de esperar el cabo d'ellas y encomendallas a Dios. Yo hago lo que puedo.

*Maximilianus II imperator
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de prospectata electione archiducis Ernesti in regem Poloniae.
(Hisp. Orig., autogr. Sig.)
A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 119.*

Señor. — Quatro cartas de Vuestra Alteza he rescebido estos dias, 2 con don Pedro Fajardo y otras tantas me dió el Conde de Monteagudo; con ser llegado don Pedro tengo mil cosas porque besar las manos a Vuestra Alteza ansi por la enorabuena que me da del nietto a que quiero tanto que con todas que me dieron tarde o temprano e de holgar mutcho como avello hetcho Vuestra Alteza de entender my salud, y aunque va delante la gotta y otros achaques me persigen mutchas beces, por el buen despachto que don Pedro trae en este negocio de Final tambien las beso a Vuestra Alteza con que estoy muy contento porque aunque siempre esperé que miraria mis cosas como agora lo haze, la dilación que avido parecia que ponía mutcha duda y dava que pensar y dezir a las jentes que sabe Vuestra Alteza quan perdidos están de hazer de lo bueno malo quanto mas a donde hallan alguno achaquillo. Yo pienso presto embiar alla mis comisarios para que se concluia con que acabaré de estar contento y no dexaré despues de tener la quenta que es razón con la seguridad de los estados de Vuestra Alteza. Pues veo la que a tenido con mi autoridad y lo que me cumple aunque bien tardó y que tiene mis cosas por tan suias como es razón que todos lo seamos, pues todos somos unos; al otro punto que Vuestra Alteza me dize y me hablaron sus embaxadores del successión del imperio les he respondido por ser materia tan larga. Buelvo besar las manos a Vuestra Alteza por el amor y voluntad que tiene a Rodolfo y a Ernesto como se ve en las diligencias; que manda que se hagan en lo de Pollonia, e los ditcho en los terminos que aquello está por donde Vuestra Alteza entenderá que unque se haga todo lo que se puede no es bien que agora vaia ninguno dellos en las cosas de Flandres e hetcho hasta agora todo lo que he podido en servicio de Vuestra Alteza conforme a lo que he visto y el Conde me a ditcho que era menester como lo haré siempre en esto y en todo lo que se offresciere y agora lo que Vuestra Alteza me manda en dalle my parescer en ellas y en el negocio de Florencia digo lo que Vuestra Alteza verá por lo que va con estas ^{a)} cartas pero no conclusivamente suplicando a Vuestra Alteza me diga lo que sobre ello le paresciere el casamiento de la hija segunda de la Duquesa de Lorenia adiudaré de muy buena gana todo lo que pudiere como lo he ditcho al Conde y a don Pedro y en las ligas y todo lo que me hablaron corresponder como dellos Vuestra Alteza entenderá principalmente por el cuidado que tiene de acordarme que sea el que cumple a mi salvación en que tanto me va aunque cada uno tiene harto que entender por la sua. De las tercianas del Príncipe desseo saber que se le aiam quitado como lo espero; toda la merced que Vuestra Alteza a hetcho a Dietristain en el casamiento de su hija y la que siempre hiziere será para mi muy

grande. Cuius Real persona Nostro Señor guarde come dessea. De Possonio a 11 de Ottobre.

Buen hermano de Vuestra Alteza Maximiliano. ^{b)}

a) *in ms.*: esta

b) *totum manu propria Imperatoris*

N. 25.

Varsaviae 29.I.1573.

*Iacobus [Uchański] archiepiscopus Gnesnensis
aliique senatores Poloniae
ad Petrum Fajardo
diem audientiae coram status Poloniae indicant.
(Lat. Exemplar.)
A.G.S. Estado Leg. 668 f. 127.*

Magnifice atque Generose Domine Amice plurimum observande officiosissima salutatione et diligenti studiorum nostrorum commendatione apud Dominationem Vestram praefata.

Ante aliquot dies acceptis a Dominatione Vestra literis quibus de suo huc adventu gratissimo alioqui nobis significat susceperamus eam curam ut Dominationem Vestram, et legationem suam, a Serenissimo Hispaniarum Rege ad status huius Regni missam, quemadmodum id a nobis Dominatione Vestra poscit, audiremus; ac ideo responsum nostrum hucusque ad literas Dominationis Vestrae distulimus; quod quidem per eam causam excusamus quoniam placuit universo isti conventui, omnes alias externorum Principum legationes ad diem Electionis novi Regis, qui quintus mensis Aprilis, et locus hic ad Warssaviam est iam a nobis indictus reicere. Itaque et haec Magnitudo Vestra Hispanica eousque erit producenda. Et persistendum in eodem loco quo nunc se tenet Vestra Magnitudo donec tempus istud electionis apparuerit, quod utique diebus aliquot commoditatis causa Magnitudo Vestra praevertere poterit, quam nos ibidem confluentes gratissime suscepturi et omnibus officiis nostris libentes prosecuturi sumus. Bene ac faeliciter interim illam valere cupientes. Datum in congregatione nostra Warssaviensi die XXVIII mensis januarii anno Domini 1573.

Amici.

Jacobus Archiepiscopus Gnesnensis Legatus natus Regni Poloniae Primas ac Primus Princeps ^{a)} manu propria.

Franciscus Czasinski, ^{b)} episcopus carcoviensis ^{c)}

Adam Conarski ^{d)} episcopus Posnaniensis

Petrus Miskowki ^{e)} episcopus Plocsensis ^{f)}

Joannes Firley ^{g)} De Vam'bz'a ^{h)} Palatinus et Generalis Capitaneus Cracoviensis Marescalcus Regni Poloniae et caetera manu propria.

Petrus Azborrous ⁱ⁾ palatinus Seldomiriensis ^{j)} manu propria

a) *in ms.*: l. n. r. p. p. ac p. p.

b) *recte*: Krasin'ski

c) *recte*: Cracoviensis

d) *recte*: Konarski

e) *recte*: Myszkowski

f) *recte*: Plocensis

g) *recte*: Firley

h) *sic in ms.*; *recte*: de Dombrowica

i) *sic in ms.*; *recte*: Zborowski

j) *recte*: Sandomiriensis

N. 26.

S.L. 25.IV.1573.

Senatus Poloniae

ad legatos Galliarum regis

de commendata electione Henrici Valesii in regem Poloniae.

(Lat. Exemplar.)

A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 128.

Expeditio Galliarum Regis legati.

Magnam certe consolationem Respublica nostra Polonia ac universi illius status et ordines, in hac lugubri praesentis fortunae statu habent dum tot ac tantos christiani orbis principes, secum quoque optimi principis sui mortem, tam quam communem casum lugere vident; neque ullus dolor adeo gravis atque molestus esse illis potest, quam tot amplissimarum regionum solatia, si non omnino tollere at certe lenire atque minuere non possent; inter quas haec serenissimi atque christianissimi Galliarum regis, tam splendida, tam magnifica, tam integerrimis atque saluberrimis consiliis repertissima non potest Respublica haec non esse adeo grata, ut vel sola ad bonam levandam huius doloris partem sufficiens esse possit, quo nomine, quas maximas possunt, agunt istius regni proceres ac status universi gratias, optantes vicissim tantam benevolentiam erga ipsius Christianissimi Regis Maiestatem ac universum et nobilissimum suum regnum Gallicum omni genere obsequiorum perpetuo demereri.

Quod vero legationem ipsam Reverendissimae Dominationes vestrae et ipsius Christianissimi Regis postulata attinet, quorum caput et summa illa est, ut fratrem ipsius Maiestatis Illustrissimum Principem Andianum ^{a)} in Regem nostrum deligamus, quem rebus nostris satis aptum et accommodatum Rectorem fore, vestra Reverendissima Dominatio prudenti atque eleganti sua oratione nobis proponit; non in postremo sane magnae benevolentiae atque gratiae loco, Maiestatis Christianissimi Regis collocamus quod tamen et reipublicae nostrae vel in hac orbitate illius curam habere dignatur, et hanc quoque suo tempore meritis atque obsequiis nostris, si que unquam digne tanta Maiestate assequi poterimus, lubenter erga illam recognoscere satagemus. Verum electionem ipsam Regis nostri omnemque eius progressum, quam in manu atque potestate divina, sicut et omnia regna positam esse scimus, incerti, quem ille Regem nobis in concordi omnium Regni istius suffragatione ^{b)} designaverit, ad eum idcirco vota, ac

preces referimus nostras ut talem Regem ipse nobis det, quem maxime salutarem, non saltem nobis, sed et universae Reipublicae Christianae fore moveret. ^{c)} Ideo neque nos posse nunc quicquam certi et definiti Christianissimi Regis Maiestati, fratrique suo, illustrissimo Andiorum Duci, ac item Reverendissimae Dominationi vestrae, et aliis collegis suis, huc ad nos iri de remissis respondere. Verum cum electio ipsa absoluta fuerit, non negligemus nos quoque per oratores aut literas nostras, ad Maiestates illorum de universo hoc negotio ut cesserit referre. Interim nos ^{d)} et obsequia nostra proptissima, Christianissimi Regis et fratris sui Illustrissimi Andiorum ^{a)} Principis clementiae, quam diligentissime commendata esse cupimus.

- a) Andianus, Andiorum: *alias* Andegavensis, c) *sic in ms.*
d'Anjou. d) *in ms. vos, error.*
b) *in ms. suffragationem*

N. 27.

Matriti 15.VII.1573.

*Gabriel Çayas
ad Petrum Fajardo
de rebus Poloniae.
(Hisp. Minuta)
A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 129.*

.

En lo de Polonia no ay que replicar, pues seria todo hazer experiencias sobre cuerpo muerto, sino tornar a dezir que ha sido açertadísimo todo quanto hizo y a hecho ^{a)} Vuestra Señoría, cuya etcetera. Madrid a XV de julio 1573.

.

a) *Verbum superscriptum, lectio incerta.*

N. 28.

Pragae 7.VII.1575 ^{a)}.

*Comes de Montagudo
ad Gabrielem Çayas, secretarium status Philippi II
de negotiis in electione regis Poloniae.
(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr.)
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 2.*

.

^{x)} En grande admiración estan sus Magestades de quan poco los ha assistido el rey nuestro señor en un negoçio tan grande como el de Polonia

en el qual tienen oy dia mas abierta la puerta que nunca como Vuestra Merced vera por lo que sobr'esto escribo a su Magestad, parece que pues la otra vez en tanta liberalidad y presteza que sus Magestades, fueron socorridos que no menos devieran serlo agora, y por el abito de Sanctiago digo que me haze tratar d'esto, mas el auctoridad y reputacion del rey nuestro señor que el util del emperador y de sus hijos sin ninguna comparacion tienese por cosa cierta que fuera el príncipe Ernesto rey de Polonia oy si los embaxadores del emperador que fueron a esta dieta pasada se hallaran con 100 mil ^{b)} florines mas de los que en este negoçio se han gastado y si yo despues de haver empleado los 30 mil, del rey nuestro señor no los huviera servido con haverles buscado dinero; como lo deviera y pudiera hazer uno de sus criados y con otras inteligencias y industrias que sus Magestades çesareas saben muy bien, no solo no estuviera el negoçio en el estado que agora esta, pero alli huvieran hecho rey a uno de los naturales, o al de Sueçia y a un a Moscovita por mas que negoçie como tan barbaro; bien veo yo señor que no devemos al emperador muchos placeres ni servicios, pero deve a la emperatriz y a sus hijos todo lo que en el mundo se puede dever, y al fin podrian ser de mucho provecho estos príncipes para el servicio de su tio y de su primo. Alla se considerara todo mejor, yo dessearia ya verme fuera de estos embarazos. por esso acave Vuestra Merced de sacarme d'ellos, pues ha de ser para servirle y desde mi casa lo haria yo esto mejor que de otra ninguna parte ^{y)}.

.

^{c)} Pues es Vuestra Merced tan verdadero señor mio perdone la demasiada colera en que me allo y encubra mis faltas y procure que yo sea Respondido con este que va yente y viniente y mande que alla le den recado para tornar a toda diligencia porque yo no podre salir de aqui sin ajuda de costa; y para esto suplico a Vuestra Merced no aguarde a don Pedro Gonzales pues le embio la copia de la carta que don Pedro Gonzalez a de dar a su Magestad, pues podria ser hallarse impedido mi tio y perderia yo mucho en la dilacion; y si en lo de mi nuevo titulo para yr al imperio no hay dificultad, seria mucho favor de Su Magestad, para yr a la coronacion del rey de Romanos con él, y todo esto podra Vuestra Merced, representar al rey nuestro señor y lo que mi voluntad le mereçe todas estas merçedes. Tambien de los negoçios del rey espero respuesta, que ay alla mill cabos a lo que se me debe y a lo de Polonia que me tiene en gran cuydado por la esperanza qu'el emperador tiene de que su Magestad Catholica le tiene de ayudar a lo que hasta aqui a gastado y a lo que mas a menester gastar para llevar aquella platica adelante sobre todo no quiero sino con si o con no respuesta de mis capitulos.

Servidor muy çierto de Vuestra Merced, de Montagudo Francisco Hurtado. ^{d)}

a) *Sic in ms. et in recentiori nota dorsali.*

b) *in ms. signum « calderon ».*

c)-d) *manu propria comitis de Montagudo*

x)-y) *cryptogr.*

Viennae 13.VIII.1573.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de rebus Poloniae, Moscoviae et Prussiae.
(Hisp. Orig. Sig., partim cryptogr.)
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 7 y 8.*

De Polonia no hay cosa nueva sino que esperan su Rey, y monsieur de Momory que vino de Francia por el passo, aguardará la respuesta de los comissarios d'estos Príncipes del Imperio que se juntan en Francfort por esta razón. Entiendo que será buena y con tanto se platica la venida por aqui de monsieur de Anjou, aunque no se tiene por çierta. Del casamiento del Duque de Saxonia ny otras nuevas causas de alteraçión no hay memoria por agora, ny cosa que sea de momento ^{x)} aunque he sabido de buena parte que assi como va Michael Carnovitz a visitar al Moscovita tambien ha embiado el Emperador a Jorge Proscoshg ^{a)} el de su cámara la buelta de Prussia, creo deve dessear Su Magestad algún camino para cobrar buenamente aquella provincia y los demas pedaços que los polacos tienen del Imperio, pero en esto se camina acá con pié de plomo y gran secreto ^{y)}.

El Duque de Pomerania que es el mayor d'ellos ha venido a esta Corte, tienese que por sus particulares, como otra cosa se entienda lo escribiré a Vuestra Magestad.

Quedo advertido de lo que Vuestra Magestad manda que diga a las Cesáreas y al Serenisimo Príncipe Ernesto quando viniere a propósito ^{b)} lo de Polonia y assi se dirá que es lo mesmo que Don Pedro ha dicho a Su Alteza con que ha holgado quanto es possible.

a) sic ex cryptogr. rescriptum.

b) omisum: de

x)-y) cryptogr.

S.l., s.d.

*Ignotus
ad usum officii;
relatio brevis litterarum comitis de Montagudo 2.VIII.1573 ^{a)} Viennae scrip-
tarum ad Philippum II de d.r., i.a. de infelici exitu negotii in Polonia.
(Hisp.)
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 9.*

Que la tibieza y floxedad del Emperador avia sido causa del mal successo de lo de Polonia y juntamente la venida del de Saxonia a Vienna y

criança del Príncipe Ernesto en España y principalmente no se aber valido el Emperador de los 100 mil escudos que Su Magestad le offresció, ni proveydo de dinero a sus embaxadores en Polonia.

Que el Emperador embiaria a Michael Charnoviz a visitar al Moscovita por la buena voluntad que le avia mostrado en lo de Polonia, pero que no llevava otra comisión.

a) *Non invenitur in loco textus plenus epistolae hic in brevi relatae; adest quidem « decifrada » alicuius epistolae comitis de Montagudo ad Philippum II de 2. VIII. 1573 (E. 669 f. 8), in ea tamen nulla est mentio rerum, quae hic breviter exponuntur.*

N. 31.

Viennae 8.IX.1573.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de itinere ducis Andegavensis per terras Imperii.
(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr.)
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 17.*

x) Hasta aqui siempre en las mias precedentes he dicho a Vuestra Magestad lo que havia de Polonia y si alguna carta ha ydo sin hazer mención de las cosas de allí, ha sido porque no se offresçia ninguna de momento despues que se escribió a Vuestra Magestad como en Francafort se havian de juntar los comisarios de los electores del Imperio en razón de conceder o negar el passo por Alemania a Mos de Anju, me ha dicho el Emperador que se le concedieron con las condiçiones y forma que Vuestra Magestad será servido ver por la copia que será con esta del recesso de aquella Junta; tambien me dixo el Emperador que pensava embiar un comissario de los dos que se hallavan agora en su imperial nombre en Francafort para que se asegure del de Anju que guardará la orden dada por el Imperio y que haviendo de yr a hazer este offiçio, estando las cosas en el estado que están, no se podrá escusar de hazer algún cumplimiento con aquellos Reyes; pero que haviendo cumplido el de Polonia sin vexación de las tierras imperiales por donde pasara con lo que se ha concertado y llegado a su reyno luego que se entienda ser coronado, tiene su Magestad determinado de embialle a visitar muy de ^{a)} propósito; y que esto podia escribir a Vuestra Magestad. En Polonia hay quietud hasta agora y los embaxadores de aquel reyno con el nuevo acuerdo del Imperio deven ya caminar a largas jornadas para donde

está su Rey el qual ha de venir por las que contiene el dicho reçesso de Francafort y).

.

a) in ms. El
x)-y) cryptogr.

N. 32.

Viennae 22.IX.1573.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de induitiis Moscovitae cum Regno Poloniae.
(Hisp. Relatio ex cryptogr.)
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 20.*

.

Aunque se havia publicado que el Moscovita tenia hecha tregua por un año con el Reyno de Polonia, ha salido al contrario y lo mismo en la rezia mano que nos dixeron haver recibido el dicho Moscovita del Tártaro porque no fué sino muy liviana. Nuestro Señor etc. de Viena a XXII de Septiembre 1573.

N. 33.

Viennae 26.XII.1573 a)

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de itinere regis electi Poloniae Henrici per Lotharingiam aliasque terras
Imperii, deque proxima eius coronatione.
(Hisp. Relatio ex cryptogr.)
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 27.*

.

Mos de Anju camina por Alemania a jornadas cortas por causa de la gente que lleva, que no es mas de la que tengo scripto a Vuestra Magestad havia passado este dia el Palatinado y el pays de Hessen, adonde havia recibido gran hospedage y muchas cariçias, y otras tales le aparejavan los electores de Saxa y Brandemburg; los quales no solamente se proveyeron de cavalleria para que acompañasse sus personas, pero aperçibieron otra buena cantidad della para en caso que fuesse menester.

Y assi he sabido que la Junta de Saxonia, de que havia yo dado aviso al Duque de Alva dias ha, era este aperçibimiento de quatro mill cavallos, sin otro intento alguno, como va pareciendo; no se dexa de platicar todavia en el casamiento del dicho Mos de Anju y la hija d'este elector de

Saxa por aspirar por esta via a la corona del Imperio. El Emperador no lo puede creer, si bien estos sus príncipes le van desengañando de lo poco que en ellos hallará al tiempo del menester.

Despues que empecé a escribir esta, se ha sabido mas particularmente de la entrada del Rey de Polonia en Alemania y como a los XI de noviembre pasó el Rin, haviendo estado a los X en Espira y tuve por la via de la Duquesa viuda de Lorrena el aviso que será con esta, sino es tan cumplido como yo quisiera no desdize de lo que se puede esperar de françeses. Los comisarios imperiales van guiando a Mos de Anju y para hallarse en la coronación en Polonia ha nombrado Su Magestad Cesárea al Duque de Minsterbog ^{b)}, ques de la Corona de Bohemia, Silesiano, y el serenísimo Rey Rodolfo embia a Piam consejero aúlico del Emperador; Vuestra Magestad no tendrá creo tiempo de embiar para quando se celebrará la dicha coronación; despues llegará bien la visita; tampoco creo se perderá mucho en dexalla de hazer por estar este Príncipe tan lexos de Vuestra Magestad y las voluntades de su madre y hermano mas qu'el reyno de Polonia, si alguno ha de venir a visitar los Principes del Imperio (que aca siempre parece que seria conveniente) de una vez podria cumplirse con todo. Vuestra Magestad hara lo que mas sea servido. Nuestro Señor etcetera. De Viena a XXVI de deziembre, 1573.

a) in ms.: 1574 *dein correctum*: 1573

b) *sic in ms.*

N. 34.

S.L., 4.X.1573.

De Tartre

ad ignotum

de prospectato itinere regis electi Poloniae, deque eius transitu per terras Flandriae.

(Hisp.)

A.G.S., *Estado, Leg. 669. f. 37.*

Señor: Yo hallé oy al embaxador muy descontento de la respuesta que Vuestra Merced le dio esta mañana sobre el paso que él pidió deziendo que su rey se espantaria que Su Magestad tomasse orden de los alemanes para ello, tras avelle hecho stentar ^{a)} un mes sin sacar respuesta d'esto y más aviendo Su Magestad procurado saver que camino tomaria el rey de Polonia para retardar su partida con achaque de querelle mandar regalar en sus estados, que seria otro mes de dilación, con la qual se perdería el tiempo y sason d'este viage; por tanto creya que su rey no insistiria mas en ello. attento que pedia el passo por Flandes mas pro forma y por la confianza que él tenia en Su Magestad que por la neçesidad que ay, porque si quisiera el rey de Polonia pasar por Alemania no passaria por Flandes. A esto le replique que tenia razon, porque la Lorrena era el camino derecho de Paris para Alemania, segun yo mismo lo havia andado; y que me espantava que Su Señoria no considerasse

que siendo su rey tan buen hermano y amigo de Su Magestad él no avia de pretender el bien y comodidad particular del rey de Polonia en perjuizio de Su Magestad, pues es notorio que el príncipe de Oranges hasta agora avia animado los suyos con esperanza de tener algun socorro de Françia, y que lo de Valenciennes y Montz ^{a)} y la rota de Janlis ^{b)} serbian de testimonio d'ello, de manera que la gente de guerra françessa que pasasse agora por aquellos estados animaria los rebeldes; y no embargante lo que passa en Flandes Su Magestad lo hazia muy cumplidamente con su rey, porque la demas gente que entrase en Flandes ay se abria de quedar por no poder passar por Alemania. Al fin yo conosco a la clara que el dicho embaxador entendera por sus cartas el descontento que su rey reçibira de la respuesta que le han dado sobre este passo. Por lo que me ha paresçido bien representar a Vuestra Merced que en este negoçio (pues es de raro contingentibus) su Magestad abria de usar los cumplimientos que los françeses suelen hazer con nosotros para descartarse de lo que se les piden, segun la Reyna madre lo tiene de costumbre; a la qual podria su Magestad escribir tres palabras de cumplimiento con este correo mismo del embaxador, y tras esso significalle que por no avelle el embaxador San Goart ^{c)} açelerado el camino que el rey de Polonia pretende tener, no avia podido hazer mas. Asi por la consideraçion de las cosas de sus estados de Flandes, y del animo que sus rebeldes tomarian para perseverar mas adelante en su rebelion, so color de la entrada de la gente de guerra françessa en aquellos estados, como tambien por la limitaçion del passo de los alemanes, a la qual forçosamente su Magestad se avia de conformar, no solamente por ser sus estados de Flandes miembro del imperio, pero tambien por que no le avian aclarado la voluntad del rey de Polonia so pena que toda la demas gente que entrasse en los estados de Flandes en su seguimiento alli se abria de quedar por no tener passo por la Alemania. Y por quanto las leyes del afinidad y de la amistad no permitian el bien del uno en perjuizio del otro, su Magestad rogava la dicha Reyna madre de tomar este negoçio de su mano etc. Segun mas particularmente seria ynformada de lo suso-dicho por don Diego de Çuñiga.

Y crea Vuestra Merced que si su Magestad remite a don Diego lo suso dicho por credenza sin escrivillo a la Reyna madre, don Diego por ser alli malquisto no apagará este descontento, de lo qual podria nasçer alguna diffidencïa entre estos reyes. Y el remedio seria que Su Magestad engastasse los françeses agora con la carta susodicha, quia sic ars deluditur arte; en lo qual me remito a la discreçion de Vuestra Merced y abiso de lo que me mueve el zelo que yo tengo al servicio de Su Magestad.

Paresçeme que si el rey de Polonia no tira a Bohemia por Lorreña e Alemaña que son 24 jornadas a 15 leguas françesas cada dia y él abra de yr por Milan y caer en Ratisbona, y de alli por el ducado de Baviera sobre el Rhin llegara a Vienna segun me lo ha pintado el embaxador, a lo qual no doy fe entera.

In dorso, alia manu: de Mos de Tartre de 4 de octubre 1573 *Alia manu:* Sobre lo que passo con el Embaxador de Francia en respecto del passaporte que se pidio para el Electo de Polonia.

a) sic in ms.

b) sic in ms.

c) sic in ms.

El Escorial 2.I.1573.

*Philippus II rex Hispaniae
ad imperatorem Maximilianum II
d. d. r., i. a. de desiderio ut archidux Ernestus fiat rex Poloniae.
(Hisp. Minuta)
A.G.S. Estado. Leg. 669 f. 43.*

Señor ^{a)} pocos dias ha ^{b)} avise a Vuestra Alteza del recibo di su carta de XIII ^{c)} de noviembre ^{d)} agora satisfacere a lo que quedó por responder con dezir por lo primero que a Dios gracias tenemos ^{e)} los mas ^{f)} salud con desseo de entender lo mismo de Vuestra Alteza, cuyas manos beso por aver tenido por bien el averse detenido Dietristan ^{g)}, que he recibido en ello mucha merced; y en aver dado calor al negocio de Bisançon ^{h)}; y la voluntad y amor con que Vuestra Alteza favoresce los que me tocan, que es como se lo meresce la mia pues tengo los de Vuestra Alteza por mas que propios y desseando lo de Polonia para Ernesto como Vuestra Alteza mismo escrivo al conde de Montagudo y a don Pedro Fajardo lo que me parece que podra aprovechar algo ⁱ⁾.

.

de Sanct Lorenzio a dos de enero 1573. Buen hermano y hijo de Vuestra Alteza.

- | | |
|---|---|
| a)-b) <i>manu Philippi II superscripta super verba A XIX d'este, expuncta</i> | g) <i>recte: Dietrichstein</i> |
| c)-d) <i>manu Philippi II, super lineam: del pasado</i> | h) <i>recte: Besançon</i> |
| e)-f) <i>manu Philippi II</i> | i) <i>hoc verbum manu Philippi II superscriptum, viz legitur.</i> |

Matriti 13.II.1573.

*Philippus II rex Hispaniae
ad [Albertum Fridericum] Brandenburgensem [ducem in Prussia] pro
oblatis falconibus gratias agit.
(Lat. Minuta.)
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 44.*

Marchioni Brandemburgensi ^{a)}
Illustrissime et caetera. Dilectionis vestrae literas ex Castronovo ^{b)}
ad nos datas magna cum animi voluptate accepimus, unaque octo falcones, gratissimos nobis, non tam quod per se optimi sint, quam quod huius modi erga nos officii continuatio jucundissima Dilectionis vestrae amicitiae nobiscum colendae conservandaeque studium aperte declarat.

Quod libenter sane amplectimur, eique ex nostra parte abunde vicissim respondebitur quoties Dilectionis Vestrae gratum faciendi se obtulerit occasio. Interim Dilectioni Vestrae tam de munere quam de sui erga nos animi propensione, amore, et studio, magnas agimus gratias optamusque, ut in omni re nos libentissime sibi gratificaturos credat. Servet Deus et caetera.

Ex Madrito, XIII februarii 1573

a) v. N. 18 nota b)

b) forsitan Nowy Dwór Sztumski.

N. 37.

Matriti 13.IV.1573.

*Philippus II rex Hispaniae
ad Adamum Dietrichstein oratorem imperatoris
d.d.r., i.a. de missione Petri Fajardo in Polonia.*

(Hisp. Minuta.)

A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 46.

Noble y amado nuestro,

.....
Tambien lo he tenido de la esperança que según lo que scrive don Pedro Fajardo, paresçe se puede tener del negoçio de Polonia, como lo entenderéis en particular por la copia que se os embia y relación de lo que el Emperador passó con el Duque de Saxonia, que si cumple lo que offresció y camina en nuestras cosas tan sencillamente como dió a entender que lo havia de hazer no dexará de sernos de provecho para todo, y señaladamente para la elección de Rey de Romanos en mi sobrino que yo tanto desseo. Para que sepais todo esto os he mandado despachar este correo y para que con él me aviseys como vays vos y doña Margarita y vuestros hijos, que como ha llovido tanto deven estar los caminos de manera que se deve passar trabajo. De Madrid a XIII de abril 1573.

.....

N. 38.

Matriti 29.IV.1573.

*Philippus II rex Hispaniae
ad Adamum Dietrichstein oratorem imperatoris
d. d. r., i. a. de prospectu negotiorum in Polonia.*

(Hisp. Minuta)

A.G.S. Estado Leg. 669 f. 47.

Noble y muy amado nuestro

.....

Que en lo de Polonia no veo que se pueda hazer mas de esperar el

successo, que confio en Dios ha de ser bueno, pues se procura con fin de su servicio, y del universal beneficio de la Christiandad.

.

N. 39.

El Escorial 23.VI.1573.

*Philippus II rex Hispaniae
ad Adamum Dietrichstein, oratorem imperatoris de d. r., i. a. de electione
regis in Polonia*

(Hisp. Minuta)

A.G.S. Estado Leg. 669 f. 52.

.

De Polonia nos han dado por aca no las nuevas que yo esperaba y deseava. Plega a Dios que no sean verdaderas, y si lo son espero que sera por mas bien de my sobrino y por no mereçerle lo de aquel reyno. ^{a)}

.

a) *totum manu propria Philippi II.*

N. 40.

S.l.-s.d. V.1573.

*Ignotus
ad usum officii;
elenchus scriptorum, ad electionem regis Poloniae spectantium, quae Phi-
lippo II transmissa sunt ^{a)}.*

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 669 f. 63.

Memoria de los papeles que se embian a Su Magestad ^{a)}

Copia de la segunda informacion del Moscovita para el senado de Wersovia ^{b)}

Oraçion segunda de Monluçio en nombre del Christianissimo Rey de Francia al senado de Wersovia

Ynstruçion de lo suçedido en Wersovia de 10 mayo hasta 15 d'el.

Carta de Wersovia de 11 de mayo

Relacion de Wersovia de los 15 de mayo.

Carta de Wersovia de 21 de mayo

Lo que a venido a la postre

Forma del Juramento del Rey de Polonia

Decreto hecho en la election del Rey de Polonia.

Condiciones que a de cumplir el nuebo Rey de Polonia

In dorso: Alemania 1573. Tocantes a la Election de Polonia. Mayo 1573.

a) *Non dicitur a quo scripta inferius enumerata mittebantur; nonnisi aliqua eorum in praesenti serie inventa sunt.*

b) *Sic in ms: in aliis eiusdem scripti locis Versovia; recte: Varsavia.*

N. 41.

S.L., [1573]

Ignotus

ad usum officii

transcribit formulam iuramenti regis Poloniae Henrici Valesii.

(Lat.)

A.G.S. Estado, Leg 669 f. 64.

Ego Henricus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kyioviae, Volhimiae, Podliachiae, Livoniaeque etc.

Per omnes Regni Ordines ac status utriusque gentis, tam Poloniae quam Lituaniae, caeterarumque Provinciarum, communi consensu libere electus spondeo ac sancte juro Deo Omnipotenti, ad haec Sancta Jesu Christi Evangelia, quod omnia jura, libertates, immunitates, privilegia publica et privata juri communi utriusque gentis et libertatibus non contraria ecclesiasticas et seculares, ecclesiasticis Principibus, baronibus, nobilibus civibus, incolis et quibuslibet personis, cuiuscumque status et conditionis existentibus, per divos praedecessores meos, Reges, et quoscumque Principes, Dominos regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, praesertim vero Casimirum Antiquum, Ludovicum Lois nuncupatum, Vladislaum primum Jagiellonem dictum, fratremque eius Vitoldum magnum Lithuaniae ducem, Vladislaum secundum ^{a)} Jagellonis filium, Casimirum tertium Jagiellonidem, Joannem Albertum, Alexandrum, Sigismundum primum, Sigismundum secundum Augustum, Reges Poloniae et magnos ^{b)} Duces Lithuaniae, juste et legitime datas, concessas et emendatas et donatas, ab omnibusque ordinibus tempore interregni statutas atque sancitas mihi oblatas, manu tenebo, observabo custodiam, et tuebor in omnibus conditionibus, articulis, et punctis in eisdem expressis. Praesertim vero omnia statuta privilegia, jura, donationes, ac in universum omnia et singula quocumque jure et titulo, ab antecessoribus meis in magno Ducatu Lithuaniae et provincia Livoniae, ante unionem Lublini conclusam, obtenta, rata, grataque habebō, atque observabo; pacemque et tranquillitatem inter discidentem in religione tuebor, manu tenebo, nec ullo modo vel jurisdictione nostra vel officiorum nostrorum, et statuum quorumvis autoritate, quemquam affici opprimique causa religionis permittam, nec ipse afficiam, nec opprimam; omnia illicite a Regno magnoque Ducatu Lithuaniae et dominiis eorumdem quocumque modo alienata aut distracta ad proprietatem eiusdem regni Poloniae, magni Ducatus Lithuaniae aggregabo, terminosque regni et magni ducatus non minuam, sed defendam et dilatabo; justitiam omnibus incolis regni iuxta jura publica in omnibus dominiis constituta absque omnibus dilationibus et prorogationibus administrabo, nullo

quorumvis respectu habito. Et si (quod absit) in aliquibus juramentum meum violavero nullam mihi incolae regni omniumque dominiorum unius cuiuscumque gentis obedientiam praestare debebunt: immo ipso facto eos ab omni fide, obedientia regi debita liberos facio. Absolutionem nullam ab hoc meo juramento a quoque petam, neque ultro allatam suscipiam. Sic me Deus adiuvet.

In dorso: Formula juramenti Regis Poloniae.

De más desto Vuestra Magestad havrá tenido relaçon de la Emperatriz y del Conde de Montagudo que quando llegó aqui el Rey de Polonia que agora lo es de Françia me mandó hablar por el Conde deziendo que desseava Su Magestad en todo estremo saber si me querria emplear otra vez en la nueva negoçiacion de Polonia que agora se ofresçe con mi persona y hazienda, representándome lo mucho que se servirian Vuestra Magestad Catolica y la suya Imperial. La respuesta que dy al Conde Su Magestad de la Emperatriz la havrá escrito y el Conde tambien y como me ofresçy de servir en esta ocasion con mi persona y hazienda prometiendo de tener a punto treinta mil florines como lo hize y dandome a entender el Conde y procurando conmigo no corriessen ynteresses algunos por esta suma de dinero, porque por otro camino y en cosa que a mi me estoviesse bien Vuestras Magestades me gratificarian y harian merced siendo este serviço de tanta ymportancia; si bien yo dy a entender al Conde quan mal se podian juntar dineros y remitillos a Polonia sin algún daño e ynterés; pero teniendo por çierto que Vuestra Magestad me ha de hazer merced y mandarme honrar y a los mios en nuestra patria y naturaleza, y que esto será de mayor ymportancia de lo que podian montar los ynteresses deste dinero y de mucho mas que fuera (pues a no esperar esto no me huviera puesto en negoçios de tanto embaraço y tanta ymportancia) holgue por entonçes de hazer todo lo que el Conde me pidió desembaraçandome de las cosas propias. Fuy a Milán a proveerme de lo neçessario y assi negoçié con mis hermanos para que nos valiesemos unos y otros sin hazer falta a esto de Polonia y torné a Viena por la posta llamado por el Conde a los seys de setiembre y a los XX me halle en esta Corte proveydo para servir a Vuestras Magestades con la persona y hazienda como lo estoy y estaré en todo tiempo; y pues de mas de lo dicho tango embiados memoriales de los serviços passados al secretario Çayas; a

Vuestra Magestad Catolica suplico humilmente me mande hazer gratificación por lo uno y por lo otro, haviendo respecto no solo a lo que se deve por el dinero que he puesto en estas y otras muchas ocasiones, pero a las jornadas que por mi persona he hecho, haviendo ydo y venido a Polonia la otra vez y esta ydo y venido a Milán, pues sin atender a daño mio he servido muy fielmente porque espero de la clemencia y Cristiandad de Vuestra Magestad me mandará gratificar los tales daños, pérdidas y gastos recibidos y hechos con la esperanza de la merced que Vuestra Magestad me haria, aunque no estuvieran de por medio los servicios de la Emperatriz. Al fin quedo muy confiado que la merced será tal, que yo quedaré en tal obligación que tendrá Vuestra Magestad aqui un vasallo perpetuo que acudirá siempre a su real servicio y al de la Magestad de la Emperatriz, siendo mi desseo morir sirviendo a Vuestras Magestades como lo han hecho mis passados, que con sus fuerzas sirvieron a esta felice Casa de Austria en las cosas de la guerra y en otros oficios muy honrados; y sobre todo suplico a Vuestra Magestad por la breve respuesta, pues ha passado tanto tiempo sin que haya sido servido de tomar resolución en lo que me toca. Nuestro Señor guarde y ensalce la Catholica y Real persona de Vuestra Magestad y sus reynos y estados acreçiente con entera felicidad. - a) Costantino Magno b).

a)-b) *manu propria Constantini Magno*

N. 117.

S.L., [post 18.XII.1574.]

Ignotus

ad rei memoriam

de d.r., i.a. de iis quae regi Hispaniae oratores imperatoris retulerunt de rebus Poloniae: de proposito regis Galliae iura regia in Polonia servandi, etiam adiuvantibus Turcis; de Tartarorum in Podolia invasione ad instantiam regis Galliae per Turcos suscitata; de ipsius imperatoris intentione iura sua in Polonia omni modo tuendi; etc.

(Hisp.)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 21.

Substancia de los puntos sobre los quales hablaron ultimamente los embaxadores del Emperador a Su Magestad Cathólica.

Las cosas de Polonia parecen estar muy dispuestas para grandes alteraciones y mudanças, porque es de creer que el Rey de Francia no desistirá del derecho que tiene a aquel reyno confiado del favor que el Turco le dará para ello, y tambien que los polacos no consentirán novedad de ser gobernados en ausencia del Rey por ningún Visorey ni otra persona, y allende de esto y a los dias passados en Cracovia se comenzó un mal alboroto entre los cathólicos y los de la otra religión, llegando estos por soborno de los huguenotes franceses a poner las manos en los templos y de aqui todos a las armas.

En este medio tiempo el Emperador no dexa de procurar y hazer su negocio en la pretensión de Polonia y esto por tales vias y modos que sus adversarios no lo entiendan, ni puedan tomar ocasion para estar con Su Magestad mas mal de lo que están por lo pasado y por el temor que tienen de lo presente.

Los polacos han alargado la paz con el Moscovita por tres años.

Han entrado en la Podolia gran número de Tártaros embiados por el turco y esto por consejo y persuasión de los franceses para por esta via poner miedo a los polacos y casi constreñirlos a que no procedan a otra nueva elección de Rey sino que se contenten y queden con el de Francia.

N. 118.

Varsaviae 10.XI.1573.

Anna [Jagellonica]

ad Philippum II regem Hispaniae

de litteris prius scriptis, responsione carentibus.

(Lat. Orig. Sig.)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 26 a.

Serenissimo Principi domino Philippo Dei gratia Hispaniarum, Utriusque Siciliae, Hierusalem etc. Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Bravantiae et Mediolani, Comiti Barchinonae, Flandriae et Tirolis, domino fratri ac consanguineo nostro charissimo et observandissimo. Anna eadem gratia Infans regni Poloniae etc. Salutem et omnis felicitatis continuum incrementum. Serenissime princeps et domine frater ac consanguinee noster charissime et observandissime. Cum anno superiore Serenissimus dominus Sigismundus Augustus Poloniae rex et frater noster observandissimus diem suum obiisset, et neminem post se nobis proximiorum reliquisset, nos uti haeres Maiestatis ipsius bis iam ad Maiestatem vestram literas nostras dedimus, quibus quidem literis commendavimus Maiestati vestrae diligenter orbitatem hanc conditionis nostrae, in qua sumus, tum ob statum nostrum virginalem, in quo nos Maiestas illius moriens reliquit, tum praeterea quod eum fratrem amisimus, qui nobis solus, post Serenissimorum parentum nostrorum obitum, et post nuptias omnium reliquarum Serenissimarum sororum nostrarum, tutor in hoc regno et curator, atque adeo unicum post Deum solatium remanserat. Verum hucusque nullum a Maiestate vestra responsum ad eas literas nostras habuimus. Quod quidem hoc nobis dolentius accidit, quod intelleximus ne ipsi quidem Serenissimo olim domino et fratri nostro responsum a Maiestate vestra fuisse ad quasdam ipsius literas ante quatuor annos propemodum ad Maiestatem vestram iisdem de rebus scriptas; cum ille tamen posteaquam eas ad Maiestatem vestram scripsisset duos amplius annos vixisset. Quamobrem mittimus hoc tempore ad Maiestatem vestram earundem illarum trium literarum exempla, tam videlicet illarum quae per nos ipsas, quam quae per ipsum olim Serenissimum dominum et fratrem nostrum ad Maiestatem vestram in eodem negocio sunt scriptae, rogantes pluri-

num Maiestatem vestram, ut cum id nostra uti haeredis interesse plurimum intelligat, velit tandem Maiestas vestra nobis ad eas literas respondere, pro iustitia nostra, et pietate sua catholica, proque ea necessitudine, quae nobiscum Maiestate vestra mutua intercedit, secundum ea videlicet quae superioribus mensibus Magnifico Don Pedro Fagiardo oratori Maiestatis vestrae adnotata in charta dedimus memoriae ipsius causa. Confidimus autem Maiestatem vestram horum postulatorum nostrorum eiusmodi esse iam tandem rationem habituram, ut nobis, cum ad ea, quae ipsae ad Maiestatem vestram scripsimus, tum vero maxime ad illam epistolam, quae fuit ad Maiestatem vestram a Serenissimo olim domino et fratre nostro amantissimo scripta, velit respondere. Bene valere Maiestatem vestram cupimus, eiusque nos fraterno amori ex animo commendamus. Datum Varsoviae die decima mensis Novembris anno Domini MDLXXIII.

a) Della Serenissima Maiesta vestra serva et sorella Anna Infans di Polonia b).

a)-b) *manu propria Annae*

N. 119.

Varsaviae 13.III.1570.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae
ad Philippum II regem Hispaniae
instat in iure suo haereditario in ducatus Bari et Rossani
(Lat. Exemplar.)
A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 26 b.*

Serenissimo Principi domino Philippo etc. Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissime princeps, domine frater et consanguine noster charissime. Varie omnino afficimur in his negociis nostris Barentibus, in quibus nos Serenitas vestra tertium decimum annum iam versari intelligit. Nam et rebus ipsis quae nobis per haec tempora indignissimae illic acciderunt angimur vehementer, et rursus tamen non minus recreamur, quoties nos ad Serenitatem ipsam vestram convertimus, de cuius aequitate et iustitia omnia nobis secundissima pollicemur.

Videmus Illustrissimam quondam dominam Isabellam Aragoniam aviam nostram status Bari et Rossani de quibus nos legitimus ac unicus nepos illius hoc tempore periclitamur, non solum bona fide sed etiam quietissime possedissee. Videmus post mortem ipsius, eandem possessionem ad fisci instantiam cupiditate quorundam nonnihil interturbatam, cito post, aequitate et magnanimitate maximi et perpetua memoria dignissimi Imperatoris Divi Caroli V parentis Serenitatis vestrae Serenissimae ipsi matri nostrae non modo veteribus omnibus confirmatis investituris restitutam, sed etiam per multis novis praerogativis et iurisdictionibus auctam extitisse; interposita etiam obligatione perpetua, nunquam fore, ut amplius ipsa posterive ipsius de possessione horum statuum aliquo modo in dubium venire posse videantur; et deinde interposita poena et sanctione,

ne quis omnino magistratum Neapolitanorum concessionem eiusmodi labefactare ausit. Videmus Serenissimam ipsam matrem nostram ex eo tempore eosdem status ad extremum usque vitae suae spiritum legitime, quiete, integre possedisse. Videmus in iis literis quibus possessio eorum statuum serenitati ipsius a Divo Carolo quinto restituta fuit, nos ipsos nominatim in investitura comprahensos esse. Videmus multa Divi genitoris nostri ipsiusque adeo Serenissimae genitricis nostrae merita, tum in Divum Serenitatis vestrae genitorem, tum in ipsam quoque Serenitatem vestram et omnino in universam hanc Serenitatis vestrae Austriacam illustrissimam familiam extitisse. Videmus nos quoque ipsos legitimum eorum et filium et haeredem, si officii pares esse non potuimus saltem nihil mali aut de ipsa serenitate vestra aut de familia Serenitatis vestrae meritos unquam esse.

Iam autem quoque versatur nobis ante oculos assidue singulare factum nostrum, quod nos in gratiam Serenitatis vestrae Divique adeo parentis Serenitatis vestrae fecisse meminimus adversante prorsus et nunc maxime factum nostrum reprahendente universo Senatu nostro quod ad intercessionem literarum Maiestatis et Serenitatis vestrarum Serenissimam matrem nostram ex regno nostro excedere, et in regnum Neapolitanum commigrare permiserimus; innixi pollicitationibus Illustris et Magnifici Joannis de Aiala Nuncii Maiestatis et serenitatis vestrarum confirmantis nomine illarum discessum eiusmodi Serenissimae parentis nostrae nihil prorsus unque nec nobis nec regno nostro detrimenti esse allaturum.

Ecce autem cum ita res nostras regnique nostri maxime in tuto collocatas esse arbitraremur, accidit, ut praeter indignitates, insidias, machinationes, in ipsam Serenissimae matris nostrae vitam confestim factas, et praeter insignia furta commissa, in pecunia, argento, monilibus, et aliis eiusmodi rebus serenitatis eius, etiam nos ipsi, causa plane in dicta, vix dum satis spiritu ipso Serenissimae matris nostrae exhalato dictorum statuum tot annis quietissime possessorum et ad nos legitime pertinentium possessione exuti simus in ipso regno Neapolitano, quod ditione ipsius Serenitatis Vestrae continetur; et exuti quidem eo tempore quo Serenitas Vestra per Dei gratiam superstes esset haeres non modo ditionum sed etiam obligationum et virtutum omnium paternarum. Et quod maxime mirandum est, ne in XII quidem annorum integro spacio post mortem Serenissimae matris nostrae eo pervenire possumus maximis nostris sumptibus et laboribus quo olim Serenissimam matrem ipsam nostram facillime intra unius anni spacium a morte Illustrissimae matris suae pervenisse meminimus.

Haec igitur omnia quod duras afferant et acerbas cogitationes animo nostro, quem nos ad omnem Serenitatis Vestrae et inclytae familiae ipsius dignitatem erectum ac inflammatum esse sentimus Serenitas Vestra pro sua singulari prudentia, quaesumus, ut secum altius consideret, et in eo aliquantisper personam nostram induat, personam inquam Regis per Dei gratiam inter Reges Christianos non obscurissimi, regis Serenitatis Vestrae familiaeque ipsius amantissimi, regis multis necessitudinum vinculis sibi coniunctissimi, regis denique tantis indignitatibus afflictissimi. Nos enim quoque quoties mentem nostram ab his indignitatibus paulisper avertere cupimus, solemus personam Serenitatis Vestrae suscipere, atque ea sola propemodum ratione, acerbitatem eiusmodi cogitationum nostrarum consolari.

Videmus enim Serenitatem Vestram eiusdem illius esse filium, qui vere magnus et invictus, ac non solum temporibus nostris, sed etiam ad omnem posteritatem nunquam satis laudatus extitit Imperator, Filium inquam Divi Caroli quinti, qui Serenissimam parentem nostram in possessione eorundem statuum impeditam, expectatione eventus litis diu suspensam esse noluit, sed eam aequitate et magnitudine animi sui recreatam, possessioni suae quam primum restituit. Videmus et audimus Serenitatem quoque ipsam Vestram in omni virtutis et excellentiae genere ita versari, ita vestigiis optimi et clarissimi parentis sui insistere, ut laudem illius adaequare multorum autem maiorum suorum etiam superare velle videatur.

Quae duo cum in Serenitate Vestra satis consideravimus equidem dum nos a Serenitate Vestra eosdem illos fructus percipere posse non videmus, quos olim Serenissima parens nostra a divo parente Serenitatis Vestrae in eadem causa percepit, non possumus nisi quosdam ex ministris ipsius accusare. Quibus parum fuit eo ipso die quo Serenissima parens nostra ad superos emigravit, nullo mandato aut significatione voluntatis Serenitatis Vestrae quae tam cito a Serenitate Vestra haberi omnino non poterat privare nos possessione statuum nostrorum, et sub praetextu legatorum occupare universam illam regalem Serenissimae matris nostrae gazam qua postea prodigalissime effundenda abusi sunt ad obtegenda furta ac latrocinia sua et ad demergendam in profundo rei totius veritatem. Haec inquam nos satis eis visa sunt, nisi Serenitati quoque ipsi Vestrae fucum facerent et rebus aliter apud ipsam exponendis mentem ipsius avertere nosque inter nos quasi ad certamen indignissimum committere conarentur.

Quamobrem nos proiecti toto animo in Deum Optimum Maximum cui iustitiam nostram curae esse non ignoramus, confisi etiam integritate et aequitate Serenitatis ipsius Vestrae, de qua nobis prolixissime omnia pollicemur; adducti denique cohortationibus nonnullorum quorum apud nos merito maxima est reverentia deliberatum habemus: in hac nostra difficultate caeteris omnibus omissis ipsam Serenitatis Vestrae conscientiam appellare.

Quae si se a viris bonis et nullo aut privato commodo aut animi malignitate ipsa infectis ac depravatis instrui in hac causa voluerit et ea quae Bari mortem Serenissimae parentis nostrae consecuta sunt, vere cognoverit, non dubitamus quin partim iniuriis nostris Serenissimaeque olim parentis nostrae infinitis ac intolerabilibus, partim etiam ipsa rerum illarum turpitudine singulari commota Serenitas Vestra; et nostram quidem vicem dolore suo prosecutura, uti Rex magnis necessitudinibus nobiscum coniunctus, et uti Dei minister scelestis illis ac incredibilibus flagitiis coopertis hominibus iusta ac debita supplicia sit irrogatura; atque ita constantissimam omnium hominum de singulari aequitate et integritate animi sui opinionem apertissima ista et expeditissima via ac ratione sit confirmatura.

Praebet eam spem nobis principio nomen ipsum Catholici regis quod Serenitas Vestra obtinet; praebet etiam illustre et multis laudibus per multas hominum aetates celebratum genus serenitatis vestrae; praebet memoria optimi et sanctissimi parentis Serenitatis Vestrae; praebet coniunctio ac necessitudo mutua nostra cum Serenitate Vestra; praebent merita Divorum parentum nostrorum et nonnulla etiam nostra ipsorum, cum in divos maiores Serenitatis Vestrae, tum in ipsam quoque serenitatem vestram; praebet postremo tota vitae ratio ac institutum Serenita-

tis Vestrae a qua omnia iusta, aequa, gloriosa, et breuiter maiorum suorum suisque ipsius rebus gestis consentanea expectantur.

Nos quidem quod attinet uti hactenus cum summa animi nostri moderatione, negocium hoc tractauimus ita non difficulter etiam expectabimus, quam in partem animus Serenitatis Vestrae post lectas has literas nostras inclinet.

Quem animum si nobis Serenitas Vestra talem declaraverit, qualem nos nobis pro iustitia nostra persuademus, pollicemur Serenitatem Vestram magnam, cum ex ipsa re, tum etiam ex nostro erga se studio et amore, voluptatem esse percepturam. Bene valere Serenitatem Vestram cupimus eiusque nos fraterno amori commendamus.

Datum Varsoviae die XIII mensis Martii anno Domini MDLXX⁰ Regni nostri XLI⁰. Bonus frater a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit. b)

a)-b) *manu scriptoris.*

N. 120.

Varsaviae 1.II.1573.

*Anna [Jagellonica]
ad Philippum II regem Hispaniae.
(Lat. Exemplar. Orig. v. N. 60)
A.G.S. Estado, Leg. 671, f. 26 c.*

N. 121.

Varsaviae, 30.IV.1573.

*Anna [Jagellonica] infans Poloniae
ad Philippum II regem Hispaniae
negotium, quod per nuntios Petrum Fajardo et Petrum Dunin Wolski tractatur, benevolentiae regis commendat.
(Lat. Exemplar.)
A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 26 d.*

Serenissimo etc. Anna etc. Serenissime etc. - Non dubitabamus ne antea quidem mortem atque obitum serenissimi domini et fratris nostri esse Maiestati Vestrae regiae singularem dolorem allaturum, praeter enim eam coniunctionem quae non magis illi quam nobis ipsis cum Maiestatis vestrae familia intercedit, quoniam memoria recolimus Maiestatem eius semper quoad viveret, libenter conquiesse, primum quidem in amore quodam singulari diuorum patris et patri Maiestatis vestrae clarissimorum Imperatorum, deinde autem in benevolentia omnium fratrum patruelium Maiestatis vestrae, in primisque adeo Sacrae huius Caesareae Maiestatis, quae nunc per Dei gratiam patri patruoque Maiestatis vestrae in imperio successit; facile equidem coniectura assequeremur, ipsam quoque Maiestatem Vestram in Maiestatem illius non minus propensam semper extitisse. Nunc autem ex literis Maiestatis vestrae, et multo magis ex sermone eius qui eas nobis nomine Maiestatis Vestrae reddidit, quique nos hic

in hoc eiusmodi luctu constitutas verbis Maiestatis vestrae ad rationem doloris nostri magnopere accommodatis diligenter admodum est consolatus, Magnifici Don ^{a)} Petri Fagiardi, plane id quod nunquam dubitaveramus cognovimus, Maiestatem vestram non solum non vulgarem ex obitu eiusmodi dolorem concepissee, sed etiam erga non ipsas fratrum plane animum gerere ac retinere, quae res nobis magnam sane doloris partem ademit, nosque ut deinceps omnia fraterna officia a Maiestate Vestra expectaremus, etiam atque etiam induxit. Atque eo quidem nomine magnas ^{b)} Maiestati Vestrae habemus et agimus gratias. Freti autem hac tanta Maiestatis vestrae erga nos gratia et benevolentia fraterna, dedimus adnotata quaedam capita Magnifico Don Petro, quae is nomine nostro ad Maiestatem Vestram referat. Rogamusque magnopere Maiestatem Vestram, et nostra, et Maiestatis Vestrae, et in primis eius iustitiae causa, quam Maiestas Vestra iam inde a Divis maioribus suis semper unice coluit, ut in his rebus, quas a Maiestate Vestra iustas admodum petimus, declaret nobis Maiestas Vestra et ostendat fraternam gratiam et benevolentiam suam. Quemadmodum etiam paulo ante commisimus Generoso Petro Dunin Volski ^{c)} internuncio istic nostro, ut eadem haec nostro nomine a Maiestate Vestra peteret. Erit hoc per se praeclarum ac honorificum, et mirifice pertinebit ad gratiam divini numinis Maiestati Vestrae demerendam. Optime valere Maiestatem vestram cupimus, eiusque nos fraterno amori ex animo commendamus. - Datum Varsoviae die ultima Aprilis, anno Domini 1573.

a) sic in ms.

b) in ms.: magnam

c) recte: Wolski

N. 122.

Viennae 16.XI.1574.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de praelatis et palatinis Poloniae, qui ad regem Henricum oratores miserunt, regressum postulantes.*

(Hisp. Relatio ex cryptogr.)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 28.

.....

Despues que los prelados y palatinos de Polonia se resolvieron en su dieta de Wersavia ^{a)} de pedir a su Rey tornasse a goverنالlos embiandole para esto Embaxadores con la carta, cuya copia embié a Vuestra Magestad a los XIII del passado, no se sabe cosa que sea de momento mas de que todavia se tiene aqui esperança que el Emperador ha de salir con lo que pretende, hasta agora no se ha aprovechado Su Magestad Cesárea del dinero que me mandó tener aprestado sino de cinco mill florines con que acudió un mercader de Cracovia al internuncio de Su Magestad para este mismo efecto, tambien ha embiado dineros suyos en vezes, y yo tengo la cantidad que la Emperatriz me ordenó a punto

para quando Sus Magestades fueren servidos se remita a Polonia, suplico a Vuestra Magestad mande que yo sea proveydo de lo que fuere servido, a lo menos al presente de la suma que he buscado para este negocio tomándolos a mi crédito, que son hasta XX mil florines porque no se cayga en falta con los que los han proveydo.

La negociación de Ferrara me dizen que anda floxa, dévelo causar que dizen ha prometido mucho, diéronme a entender les offresçia tres millones y la paz perpetua con el turco y de casarse con la Reginula, pero esto todo para en caso que el Rey de Francia soltasse de la mano aquella corona, y el Emperador no la pretendiesse para sus serenisimos hijos o hermanos no falta quien diga que tiene buena parte en las pláticas de aquel reyno el Archiduque Ferdinando por hallarse con dinero y con la lengua que la Bohemia y Polaca son casi una misma como Vuestra Magestad havrá muchas vezes entendido, pero en esto si se procede es con mucha disimulación y preguntando yo al Emperador lo que en ello havia, no le hallé menos bien en la pretensión del Serenisimo Archiduque Ferdinando que en la que Su Magestad Cesárea tiene para el Serenisimo Príncipe Ernesto su hijo como adelante se entendiere camina esta materia assi lo advertiré a Vuestra Magestad.

.
a) recte: Varsavia

N. 123.

S.L. [post 30.IX.1574].

Ignotus

ad ignotum

refert de litteris a Henrico [Valesio] rege Poloniae, relicto regno, ad status Poloniae Taurini 25.VIII.1574 scriptis, quibus rex subditis Polonis fidelitatem servare commendat; deque rescripto statuum Poloniae quo eiusdem regi dies ultimus redeundi ponitur die 12.V.1575.

(Hisp.)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 31.

Relación de carta del nuevo Rey de Francia a los Estados de Polonia y de la respuesta dellos.

Escribió el dicho Rey de Francia a todos los estados de Polonia desde Turín a XXV de Agosto 1574 una carta en que les refiere, haverles escripto otra desde Ferrara, para hazerles saber que les tenia el mismo amor que antes, como a leales vassallos y lo mismo repetia en esta, y que aunque confiava de su fidelidad, les encargava que en las Cortes que se dezia que tenían convocadas para el primero de Septiembre, no innovassen cosa alguna, sino que se governassen de manera que todas las naciones de Europa entendiessen que ellos en presençia y en ausençia de su Rey, miravan por su auctoridad del, porque si lo hiziessen de otra manera pornian a su mismo reyno en trabajo, y jamas cobrarían el sosiego que havian alcanzado y el que el dicho Rey procuraria llevar adelante en todas las ocasiones. Añadiendo que en llegando a Francia, les embiaria una persona principal, con sus mandatos y recaudos y oyria de buena voluntad, si ellos alguna embaxada le embiassen.

Los dichos estados de Polonia responden al Rey una carta dada en Bersovia ^{a)} a XXX de septiembre, en que cuentan la mucha affición que le havian mostrado en pedirle por su Rey de tierras tan lexos y en competencia de tan grandes Principes y que en sabiendo la muerte del Rey Carlos su hermano, se pusieron lutos y hizieron exequias, por toda Polonia y que tratandose en las Cortes del modo como el Rey sosegaria y reduziria su reyno de França por ser cosa ardua se difirio con voluntad del mismo Rey para otras Cortes mas generales y estando en esto un dia se hallaron sin Rey tan apressuradamente que aun no vieron el camino por donde fué y lo que mas se duelen, es, que se huviesse partido sin comunicarles su yda porque ellos le huvieran favoreçido y servido con sus haziendas y vidas, para cobrar su Reyno de França porque jamas se lee en historias haver dexado los polacos de ser leales vassallos a sus Reyes y que assi entendida su yda se havian juntado para tratar del remedio de su soledad y aunque havia urgente necessidad para hazer nueva election de Rey, todavia por el amor que le tenian no querian hazerlo, hasta saber su voluntad, si tenia intençion de gobernar su reyno de Polonia assiendiendo y estando presente en el; y que si queria ser su Rey fuesse luego porque con su ausencia señalavan cosas nuevas sus enemigos de Valachia, Moscovia y Tartaros y aun dentro de su propio reyno tenian alboroto civil, porque los soldados havian robado la hacienda real, por no haverles pagado el dicho Rey el sueldo que les prometió; y se cometian otros robos y muertes, y assi con el devido acatamiento le sañalavan por término preciso para que vaya a Polonia los XII dias de mayo del año de 75, y se halle en las cortes generales que han convocado para el dicho dia y alli de orden en el remedio del reyno y en cumplir las condiciones juradas por el y por su hermano el Rey Carlos, sobre presupuesto que se ha de quedar con ellos y assistir siempre en persona al gobierno del dicho Reyno, pues esto conviene a su officio y a lo que tiene prometido. Pero que si no venia para el dicho dia, protestavan, que le alçarian la obediencia y haran election de nuevo Rey, sin esperar su respuesta, supplicandole, los perdonasse y tuviesse por escussados, pues no podian hazer otra cosa, porque los turcos juntos con los tártaros, havian destruydo poco havia la Valachia y por no tener cabeça, no havia el reyno de Polonia confirmado sus treguas con los vezinos, ni podian bien concordarse entre sí, para resistirles.

a) recte: Varsavia

N. 124.

Viennae 5.II.1574.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de novi regis Poloniae [Henrici Valesii] proximo Cracoviam
ingressu.*

*(Hisp. Orig., partim cryptogr. Sig.)
A.G.S. Estado, Leg. 671, f. 36.*

.....
El Imperio está quieto a lo que se entiende y el nuevo Rey de Polonia

haviendo entrado en Lusaçia a los XX del passado es de creer que ya estará en Cracovia que es en la ciudad de su Reyno donde será su coronacion.

Nuestro Señor guarde la Sacra Catholica Real persona de Vuestra Magestad con aumento de mas reynos y señorios como sus vasallos y criados desseamos y havemos menester.

De Viena a V de hebrero M.D.LXXIII^o.

N. 125.

Varsaviae 30.IX.[1574].

*Status et Ordines Poloniae
ad Henricum regem Poloniae
assignant diem eius in Poloniam regressus; post quem ad electionem novi
regis se procedere nuntiant.*

(*Lat. Exemplar.*)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 42.

Christianissima et Serenissima Regia Maiestas.

Studia et observantiam nostram Serenissimae Maiestati Vestrae commendamus a Deoque Maximo Serenissimae Maiestati Vestrae precamur optimam valetudinem et foelicissimos rerum successus ut Serenissima Maiestas vestra diu sana et incolumis longissime et foelicissime populis a Deo suae fidei et gubernationi conceditis imperet cum summa laude sua et eorum quibus praeest foelicitate.

Quae fuit universi regni Poloniae erga Maiestatem Vestram propensio cum rex a nobis electus et ex remotissimis orbis partibus in Poloniam accersitus esses, non opus longioribus verbis Maiestati Vestrae commemorare; si quidem te in memoria habere existimamus inter clarissimos Principes et orbis Monarchas te omnibus a nobis competitorem praelatum in Poloniam ex Gallis accersitum honorifice exceptum, sacro deinceps diademate coronatum et ita apud omnes habitum ut tibi libentissime vitam salutem jura libertates et charissima quaeque in patria nostra pignora concedere et in potestatem tuam tradere non dubitaverimus, ac sperabamus quidem nos imperii tui moderatione post illud interregni tempus luctuosum et difficile, quasi sole post obscurissimas tenebras elucente, regnum Poloniae splendorem suum recuperare posse: fecissetque utinam Deus Optimus Maximus ut expectationi de te nostrae exitus respondisset nec ea foelicitas quam ex imperio tuo conceperamus intersecta fuisset tristi reipublicae nostrae casu et perturbatione, discessisti enim a nobis, Serenissime Rex, patriae nostrae imo vero tuae quoque corpus integrum tuo hinc discessu reliquisti mancum. Ita ut quasi per te capite diminuta patria nostra sine Rege suo vitam ducat aegram et non mediocri dolore sese conficientem; auget etiam dolorem nostrum quod consilia discessus tui et te ipsum, vitam, dignitatem, Maiestatemque tuam his concedidisti, qui privata apud nos observantia magis quam ulla fide publica se tibi esse obstrictos agnoscere debuerunt. Nos tibi fidem nostram, nos observantiam, nos cultum, nos in prosperis et adversis constantiam sacramento dato obstrinximus: nobis propterea te tuaque consilia, tuas res

concredere debuisti. Nos enim pro tua dignitate, pro gloria, pro salute, pro acquirendo non modo paterno regno quod a Deo naturaque datum amittere nullo modo potuisti; sed etiam pro alio quovis imperio consequendo fidem, studium, operam, vitam denique nostram devovissemus; te tuamque fortunam comitando legis annales nostras fidem Poloni erga Reges suos deseruere nunquam; Polonorum nomen contra Principes suos machinatione sinistra contaminatum non est; revocandum est illud in animum tibi. Quam primum de obitu Christianissimi Regis Caroli noni fratris tui desideratissimi fama in Polonia pervulgata fuit, tuaque fraterna viscera morte ipsius non mediocriter commota vidissemus, tute scis non magis te quam senatum et universam Poloniam acerbissimo casu mortis illius perturbatam exitisse: quasi Rex noster et Dominus mortuus esset, ita mortem illius indoluit Polonia. Quid actum est quod erat officii tui? rem ad senatum tibi assistentem tuum retulisti; deliberatum est, dictae sententiae, dies luctus publici per universum Poloniae regnum constitutus et indictus est. Summa totius deliberationis erat quid tibi faciendum, quomodo Galliae tumultuanti succurrendum, qua ratione regnum ad te naturali successione devolutum, retinendum. Haec omnia quod erant gravissima nec ab una parte reipublicae, sed ab universis ordinibus constitui et finiri poterant in maiora regni comitia te consentiente, te annuente, te applaudente reiecta sunt. In hac expectatione comitiorum quid actum sit, proh dolor commemorare quid amplius opus est. Rege caremus in Polonia et quomodo neque hoc sine dolore reticere potest ita a nobis discessisti, ut vix impressam orbitam discessus invideri potuerimus; sed dolorem et orbitatem nostram amplificare volumus Deo Maximo qui corda regum gestat in manibus suis; ille iudicet hoc tuum factum ac bene vertat, non modo Galliae quae te a nobis evocavit, sed Poloniae quoque tuae quae tuam fidem secuta, te absente nunc de statu et foelicitate sua laborare cogitur. Cuius quidem salutem prospectum esse volentes quo nos patriae amor, quo necessitas ipsa, quo periculorum metus et consiliorum ratio vocabat. Varsoviam convenimus omnes ut orbatam patriae, paci et securitati publicae consuleremus. Et caput quidem deliberationis nostrae hoc fuit unum, ut regem haberemus in Polonia cuius autoritate pax interna et externa tranquillitas retineretur; omnes, omnes te hic regem requirebamus sed quem intueri, quem alloqui, quo cum agere possemus; habuimus neminem; quasi igitur sine Rege essemus; ita fuit omnium opinio et sententia. Est certe verum quod tibi scribimus, serenissime Rex, non de fuisse nobis animos, non occasiones, non commoditates, non etiam causas ut patriam servaremus, liberas voces ad eligendum nobis Regem convertere et spretae patriae ignominiam periculaque imminencia nova Regis electione detergere, sed natura constantiaque nostra vicit necessitate; nec id quidem sine periculo ne sequamur prius, donec a te sciremus an ad nos redire, nobis semper praesens imperare, sceptraque Poloniae gestare velis; voluntatem tibi deesse quis est qui dubitet. Regia virtus et natura tua non septentrionis fortassis modo, sed regnorum aliorum quoque imperium animo agitat; sed voluntatem istam multis fortasse cogitationibus occupatam aut temporum necessitate distractam non vult Polonia magno cum suo malo experiri te longum tempus expectando. Vis igitur Rex noster esse, venias in regnum hoc quam primum, cape sceptrum semel tibi data, arripe gladium regalem quo nos defendas a vicinis hostibus quorum

arma iam personant in auribus, micant in oculis nostris ex Valachia et Scithia, ex Moscovia; veniendum est autem mature ne consilia et machinationes hostium longa tui expectatione maturescant et nos regnumque istud pessudent. Rege diu carere non possumus propter gravissima pericula in quibus tanquam in lubrico versamur, quae talia sunt etiam ut a nobis nequeant nisi praesente rege tolli; propter discessum enim tuum multis domi quoque incommodis regnum affectum est, bona regalia a militibus occupata ob stipendia per te promissa et non soluta, privatorum in publica bona invasiones, direptiones, occupationes; non commemoramus licentiam, iniurias, cedes, audaciam quorundam perditorum quilibet faciendi. Haec vindicari absente Rege silente lege conversis omnium ad externa pericula oculis vix facile possunt. Ne igitur longa incertave adventus tui expectatione nos suspensos reddas et cunctatione tua regnum maioribus periculis involvas, non aegre feres quod pro salute patriae nostrae facimus et tibi tempus redeundi in Poloniam assignamus. Hoc autem Serenissime Rex, quatenus adhuc humeris nostris pondus periculi huius sustinere posse nos arbitramur, et hic ad nos commode ex Gallia in Poloniam pervenire nobiscumque esse posse iudicamus diem duodecima mensis maii proxime venturum; pro quo etiam tempore comitia magna decreta et instituta esse scito; ad quod quidem tempus assignatum ad ea quoque comitia te universa Polonia expectat ut venias in regnum hoc, in comitia illa quae sunt instituta ut deliberationes cum Senatu et ordinibus regni iuxta morem et consuetudinem legumque praescriptum absolvas, et pericula imminetia una nobiscum amoneas; tum etiam conditiones ab oratoribus tuis in conventu electionis receptas et juramento firmatas, atque item conditiones et articulos per legatos nostros tibi oblatos ac hos per te ipsum Parisiis illas vero per Serenissimum Carolum olim Galliae Regem fratrem tuum desideratissimum sacramento roboratas confirmas a) expleas et re ipsa praestes ac in posterum rempublicam nostram praesens semper gubernes. Hoc enim ad officium tuum regale et sponsonem factam fidemque datam pertinere maxime intelligimus, ut non dubitemus te non magis curaturum esse huc ut venias quam ut promissa exolvas. Si vero, quod a nobis utique longe abesse cuperemus, ad nos venire non potueris aut tardaveris cum nostro summo dolore tibi dictum nuntiatumque esse volumus omnes non posse nos amplius (quod cum gratia tua dicere liceat) sine Rege sine lege vivere in republica nostra, conversis amicis ad Deum id facimus quod ad incolumitatem et salutem patriae nostrae pertinere videmus. Iamque ab eo tempore si non veneris salva tua gratia honoreque nostro obedientiam et fidem datam tibi renuntiamus et novi Regis electionem nobis indicimus ad quam rem illud ipsum tempus quod tuo adventui praefixum esse ante legisti non expectato etiam postea responso et nuntiis nostris electionem novi Regis assignavimus electionisque conventum indiximus statuimus promulgavimus atque id quidem ita certe ita firme summa necessitate constricti apud nos statuimus ut nullis excusationibus, nullis modis nullis ad extremum rationibus ab instituto nostro nos abduci patiamur. Non debes autem existimare, Serenissime Rex, id nos animo erga te sinistro aut consilio praepropero facere; abest longe a nobis ea cogitatio; sed iudicare debes in primis Poloniam ita esse constitutam ut barbaris hostibus ad eam solam pateat aditus, ipsaque sola ad omnia Christiani orbis Regna

sit quasi porta, quae nisi firmissimis claudatur praesidiis non ipsa modo sed multae Christiani orbis provintiae certum est de salute sua periclitantur. Nos igitur hic pro omnibus quasi excubias agimus, ut secure dormiant alii nos insomnes oportet peragere noctes. Tale igitur Regnum quomodo sine Rege, sine Duce, sine capite esse posse existimas? nosti potentiam Moscoviticam; non est incognita tibi scitica ferocitas, quae cum turcica potentia mixta his diebus vicinam nobis Valachiam solo aequavit. Est regnum hoc cinctum et circumvallatum hostibus christiano et catholico nomini infensis, nostro vero infensissimis, quod veteres ex se ductos triumphos tunc maxime vindicare cupiant, cum rempublicam hanc capite et rege suo videant orbatam et tanti casus novitate tumultuantem; occasionem igitur oppugnandi nos et rempublicam nostram habent illi percommodam. At dices fortasse vires esse nobis tantas, modo velimus posse nos etiam defendere patriam, eamque tibi servare salvam et incolumem hostium insultibus ab ea pellendis; est ita quidem, Serenissime Rex pro patria nos nullis etiam francorum adiutos auxiliis fortiter pugnasse praeclarisque triumphis late et longe fines illius protendisse paratos etiam esse pro illis tuendis et conservandis sanguinem effundere sed istius optimae voluntatis imped^{a)} tuo discessu tanta sunt effecta quanta vix ullo unquam tempore in Polonia fuerunt. Inimicitias cum Barbaris gentibus non unas sed multas et graves pro gloria et libertate christiana habemus. Amicitias quoque cum christianis vicinisque Principibus nullis per foederum et pactorum vinculis colligatas ita retinemus ut dubia potius quam certa sit earum possessio existimanda. Quid horum quisque molitur, quo aspiret, quid nectat, nos videmus; tu vero considerare potes^{a)} etiam superiores hostibus nostris at eorum conatibus hinc inde erumpentibus quomodo sine capite, sine rege resistemus? maxime cum regni huius pax cum vicinis nulla per te pactorum renovatione firmata consistat. Bellum enim in Polonia publico etiam edicto sancitum sine rege tanquam sine summo belli duce ex praescripto legum fieri non consuevit neque potest. Eritne amplius sine rege Polonia salva? minime gentium^{b)}. Serenissime Rex. Regem habeamus oportet aut te, aut alium quem nobis Deus et fata iam dudum prospexerunt; durum est telum, necessitas quo adducimur ut si Rex noster praesens semper esse nolis, alium qui nobis imperet eligamus, oportet te id aegre minime ferente, imo collaudante studia nostra servandae patriae cupiditate tantopere incensa. Non dubitamus autem, Serenissime Rex, si ita Deo et tibi videatur ut Rex noster amplius futurus esse non possis, quin nos et regnum in tua gratia, favore et benevolentia perpetuo retineas, et in primis gratum et memorem te nostri erga te studii et observantiae praestes; quam tibi etiam omni studio opera et diligentia comprobare et cum eo Rege, quem nobis Deus prospexerit, studebimus ut intelligas erga te apud nos etiam non regnantem non destitisse studia et benevolentiam nostram, quin imo duratura haec esse omnia quam diu in animis residebit tuae erga nos gratiae et benevolentiae memoria. Quod superest commendamus nos in gratiam Serenissimae Maiestati Vestrae Deumque Maximum precamur ut Serenissimam Maiestatem Vestram diutissime servet sanam et incolumem ad perpetuam Christiani nominis gloriam et salutem conservandam. Datum Varsoviae ex congregatione Ordinum Regni Poloniae generali die^{c)}.

In dorso: Exemplar litterarum status ac ordinum Poloniae Regni Wersoviae congregatorum ad Regem suum in ipsis comitiis die 30 septembris habitis.

- a) *non legitur ob lacerationem chartae*
- b) *sic in ms.*
- c) *dies hic omittitur in dorso indicatur: 30 IX.*

N. 126.

S.I. 6.X.1574.

*Comes de Montagudo
ad Commendatorem Maiorem Castiliae
de d.r., i.a. de oratore Turcarum in comitiis Poloniae contra electionem
regis ex domo Austriaca interveniente.*

*(Hispan. Relatio ex cryptogr.)
A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 47.*

Sacado de carta que el Conde de Montagudo escribió al Comendador mayor de Castilla en 6 de octubre 1574.

.
El imperio está con la quietud que por otras mias he dicho y Sus Magestades tienen buena salud. De Polonia no se sabe mas de que los polacos continuaban su dieta y el Turco les había embiado un Chauz señalándoles para Rey tres personajes. Un Piasto que es un natural del Reyno ó el Rey de Suecia ó al Vayvoda de Transylvania protestándoles que no elijan a ninguno de la casa de Austria porque todos son sus enemigos y esto les haze estar agora con mas temor que nunca sospechando no ha de haver efecto la prorogacion de la tregua; pero todavía algunos de los dichos polacos se inclinan al Emperador y a sus hijos y aun al Archiduque Fernando, otros ponen los ojos en Roosemberg el de Bohemia y el Duque de Ferrara procura que los pongan en él, pero tengo esto por cosa de ayre.

.
Llegado ha este dia correo de Polonia, escriben que estaban juntos en la Dieta todos los llamados a ella y sin haverla concluydo lo primero que hizieron fué nombrar tres personajes, un clérigo que es Prepósito en Vratislavia tierra del Emperador, y otros dos cavalleros todos aficionados a Francia, llevan una carta del reyno para su Rey pidiendole su tornada a gobernarlos y dicen que protestando que si lo contrario hiziere que ellos buscaran su remedio. La copia desta carta no esta oy descifrada del todo como lo esté procuraré embiar a Vuestra Señoria un sacado de ella al fin se havra de esperar la respuesta que estos tres Internunçios traeran de Francia para proceder en lo demás, si bien quedavan agora tratando en esta materia con mucho cuydado. Dios les de su gracia y asistencia para que acierten.

Regiomonti 15.X.1574.

*Albertus Fridericus Brandenburgensis, in Prussia dux
ad Philippum II regem Hispaniae
falcones dono dat.*

(Lat. Orig.)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 48.

Serenissime Rex, potentissime Princeps, post obsequiorum nostrorum paratissimorum diligentem oblationem Regiae Vestrae Dignitati prosperam valetudinem stabile regnum ac optima quaeque precamur. Serenissime Rex, domine consanguinee et affinis colendissime. Mittimus pro more nostro anniversario Regiae Vestrae Dignitati octo falcones in ditioe nostra captos, plures etiam missuri, nisi hoc anno per coeli autumnalis in clementiam perpauci sane essent capti. Ut autem Regia Vestra Dignitas hos falcones boni consulat, ac nos sibi quam commendatissimos habeat, etiam atque etiam per quam officiose rogamus. Deus Optimus Maximus Regiam Vestram Dignitatem, ut avibus hisce ad recreationem sui multa cum voluptate uti possit, quam diutissime salvam ac florentem paceque ac ocio abundantem conservet. Datae Regiomonti XV die Octobris Anno 1574.

Albertus Fridericus Dei gratia Marchio Brandenburgensis ^{a)} in Prussia et caetera, Dux et caetera.

^{b)} Albertus Fridericus scripsit. ^{c)}

In dorso: Serenissimo ac potentissimo principi et Domino Domino Philippo Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliae, Neapolis etc. Regi, fidei defensori, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Mediolani, Brabantiae etc., Comiti Habsburgi, Flandriae, Tirolis etc., Domino consanguineo et affini nostro colendissimo.

^{a)} cfr. N. 18, nota ^{b)}

^{b)-c)} manu propria Alberti Friderici.

Viennae 13.X.1574.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de pecunia ab imperatore [Maximiliano II] in Poloniam missa
pro negotio electionis.*

(Hisp. Orig., sig. ,partim cryptogr.)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 49.

.....
^{x)} Como se ha dilatado de salir el recesso de la Dieta de Polonia aunque tenemos ya parte del, tambien el Emperador ha sobreydo la provision del dinero que queria embiar a Polonia, haviendo embiado alguna

parte del suyo, mandándome por la Emperatriz que tenga a punto, lo que el otro día Su Magestad pidió para quando se me ordenare que parta. Assi tengo por agora veinte mill florines y Constantino Magno ha venido de Milán que estava allí dias ha, con provisión para este efecto y resolución de servir a Vuestras Magestades con su persona y hazienda como lo ha hecho hasta agora. Convenia que Vuestra Magestad me ordene lo que tengo de hazer en lo de adelante, mandando proveer para que se cumpla con lo que se ha tomado que el Duque de Ferrara no duerme en las promesas que haze a los polacos, si bien yo tengo por cosa de ayre toda su pretensión aunque aquellos son de tal condición que viene a ser tan juyzio temerario pensar dellos honrado progreso en sus cosas como prometernos lo contrario de nuestras naciones, ellos andan muy divisos y veese bien pues no dexa de tener buena parte el Baron de Rosseberg Burgavio de Bohemia, no podrá dexar de detenerse la elección aun quando la huviese de haver, pues los delegados que aquel reyno embia a su Rey no partirán tan presto ni dexarán de dar término justificado al dicho su Rey para que torne en Polonia, de lo que se fuere haziendo daré aviso a Vuestra Magestad y).

.

x)y) *cryptogr.*

N. 129.

Viennae 13.X.1574.

*Comes de Montagudo
ad Gabrielem Çayas
de d.r., i.a. de pecunia in Poloniam mittenda ad interveniendum in regis
electione.*

(Hisp. Orig. cryptogr. Sig.)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 50 y 51.

.

x) Yo estoy empeñado por Sus Magestades Cesareas en veynte mill florines que tengo a punto para embiar a Polonia y como no los he tomado sino por pocos dias verneme a ver en aprieto si el Rey nuestro señor no me manda sacar deste embaraço y tambien será necessario saber para adelante lo que hombre ha de hazer y hasta donde nos podemos estender porque acá creo están arrepentidos de no haverse aprovechado la vez passada del ayuda que el Rey nuestro señor les hazia, haviendo entendido lo mucho que fructificará aquel dinero si se sembrara entre los polacos algunos de los cuales vamos ganando y no de los que menos parte tendrán en la elección. y)

.

x)y) *cryptogr.*

Taurini 25.VIII.1574.

*Henricus rex Galliarum et Poloniae
ad dominos, nobiles et equites Poloniae
eos sibi, etiam absenti, fidelitatem servare petit.*

(Lat. Exemplar.)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 64.

Henricus Dei gratia Rex Galliarum et Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. Reverendissimi Illustrissimi et Magnifici Domini syncere nobis dilecti. Nobiles et Generosi Equites. Etsi post eas quas nuper Ferrariæ ad vos literas dedimus nihil accidit eiusmodi quod scire vestra magnopere intersit, tamen ut intelligatis non modo de pristina nostra erga vos benevolentia nihil quidquam imminutum aut immutatum esse, sed etiam magnum in dies cumulum accedere, sic plane in animum induximus, nullam etiam sine argumento scribendi ad vos occasionem prætermittere; idque eo libentius facturi sumus quod quam cupide quantaque animi observantia quæ a nobis ad vos perferuntur excipiatis, nequaquam sumus nescii. ^{a)} At quidem licet vos officii vestri erga nos admonendos esse minime putemus, nec secus de vobis existimemus ac de bonis et præstantissimis viris, quorum singularem fidem perspectam et cognitam habemus; tamen cum ea sit horum temporum ratio et iniquitas ut levia interdum et fluxa putentur, quæ sacrosancta inter homines esse debeant, cumque acerbius nihil nobis accidere possit, quam si vel humano errore vel nonnullorum parum honestis artibus a nobis quicquam adversus pristinam nostram laudem et gloriam peccetur. Cogimur pro officio nostro et singulari erga vos benevolentia animum nostrum sæpius contestari, et aperte crebris literis nostris de rebus vestris iudicium aperire, quod in summa eiusmodi est: ne quid novi in illis conventibus, quos ad calendas septembris indictos esse accepimus, proponi, tentari, decerni patiamini omniaque ex autoritate nostra ut æquum est statuatis quo omnes Europæ Principes intelligant vos eos esse qui et præsentem et absentem Rege vestro ipsius dignitatem et Maiestatem præcipue tueri sciatis, nam si aliter fiat non modo in maxima pericula rem publicam coniicietis, sed etiam vix ullis unquam postea temporibus tranquillitatis felicitatem, quam nacti estis et cuius conservandæ occasiones omnes semper amplectemur et quantum in nobis fuerit urgebimus, recuperabitis. Simul atque in Galliam venerimus præstantem aliquem et egregium virum simul ad vos cum mandatis nostris amandabimus et ablegabimus, vicissim quoque audiemus libenter quæ ad nos a legatis vestris perferenda curabitis. Taurini, non longe a nostris Allobrogum finibus, die 25 Augusti Anno Domini 1574.

Henricus Rex.

a) in ms: nescy

Viennae 8.IX.1574.

*Comes de Montaguño
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de imperatoris Maximiliani II negotiis cum [Alberto] Łaski
aliisque polonis de corona Poloniae.*

(Hisp. Relatio ex cryptogr. Rel. brevis sequitur.)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 65 y 66.

.....

vobis non est ignota, nec ignoratis studia et mores earum gentium per quos transeundum est. Itaque nihil nobis oportunitus nihil securius visum, quam ut omnes de protectione nostra celaremus, et subita et festinata abitione discessus nostri famam anteverteremus. Habetis paucis rationem consilii nostri. Reliquum est sic nobis persuadeatis, nihil quicquam hoc facto de pristino nostro erga vos, totumque hoc nostrum Poloniae Regnum, amore discessisse; vos quoque nobis summam illam, qua nos hactenus prosecuti estis benevolentiam et observantiam integram conservabitis. Nullam certe vos unquam tuendi ornandi et augendi huius nostri regni occasionem elabi aut effluere permittemus. Dignitatem nostram et Polonici regni procurationem tantisper dum absumus (aberimus autem quam minimum poterimus) fidei integritati, prudentiae et sapientiae vestrae commendamus. Cupimus insuper et hortamur vos ut primo quoque tempore egregios viros, ex omnibus ordinibus lectos ad nos in Galliam mittatis cum quibus serio et diligenter de omnibus quae ad utilitatem et ornamentum huius nostri regni pertinent tractabimus. Iterum atque iterum salutem concordiam incolumitatem nostri regni et existimationem nostram vobis quam obnixe fieri potest commendamus. Bene Valete. Cracoviae XVIII Junii anno MDLXXIII. Henricus Rex Franciae.

a) *in ms.*: sumanarum

b) *sic in ms.*

N. 144.

Cracoviae 19.V.1574.

Petrus Dunin Wolski, regni Poloniae vicecancellarius ad Philippum II regem Hispaniae protestat de sua ad domum Austriacam adhaesione, suaque servitia commendat.

(Lat. Orig. Sig. « Łabędź ».)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 118.

Sacra ac Serenissima Regia Maiestas domine domine clementissime. Dabit mihi hanc veniam Sacra Maiestas Vestra, pro sua incredibili clementia et humanitate, si hoc tempore pauca quaedam de rationibus meis ad ipsam perscripsero. Cupio enim modis omnibus testatam facere observantiam meam erga Serenissimam Maiestatem Vestram. Proximis his diebus Serenissimus Rex et dominus meus Vicecancellariatum regni huius in me contulit, maxima cum significatione gratiae et clementiae suae. Quod quidem munus in hac nostra republica etsi non minus laboris et oneris quam dignitatis et honoris habet, me tamen profecto non mediocriter creat ac reficit in mediis his laboribus illa cogitatio, quod me in hoc quidem munere uberrima quadam facultate instructum atque ornatum esse video, ad demonstrandam magnitudinem studii observantiaeque meae, cum erga ceteros, tum in primis, si forte aliquando usu venerit, erga Sacram Maiestatem Vestram, et serenissimam familiam eius universam. Quamobrem utatur quaeso Sacra Maiestas Vestra opera industriaque mea

quoties voluerit. Dabo enim operam, ut omnes homines intelligant, me, secundum hoc vinculum, quo me, serenissimo ipsi Regi ac patriae meae, obstrictum ac obligatum esse sentio, neminem habere quem magis colam et venerer, serenissima ipsa Maiestate Vestra, et serenissima Austriaca familia universa. Cuius quidem testificandae rei quaecumque mihi occasio oblata unquam fuerit eam profecto sic urgebo, ut in meo perpetuo erga Sacram Maiestatem Vestram studio atque cultu nihil plane desiderari posse videatur. Iterum atque iterum commendo servitatem meam Sacri Maiestati Vestrae, quam diutissime cupio sospitem esse atque incolumem. Datum Cracoviae die XIX^a mensis Maii. Anno domini M^o.D^o.LXX^oIIII.

a) Sacrae et Serenissimae Regiae Maiestatis Vestrae, humillimus servitor, Petrus Dunin Volsqui Regni Poloniae Vicecancellarius. b)

a)-b) Sic in ms., manu propria Petri Dunin
Wolski

N. 145.

Viennae 27.V.1574.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de regis Poloniae Henrici maestitia.
(Hisp. Relatio ex cryptogr. Relatio brevis v. E 671 f. 121).
A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 120 y 121.*

.
De Polonia no ay por agora cosa de momento, sino que haviendo estado aquel Rey enfermo muchos dias, salia ya a caça, pero muy melancólico de verse en aquel reyno tan extraño para su condición; assi lo publica el Duque de Nevers que ha dias que está aqui y se torna a França. Nuestro Señor etc. De Viena a XXVII de mayo 1574.

N. 146.

Viennae 23.IV.1574.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de regis Poloniae cum suis subditis discordia.
(Hisp. Relatio ex cryptogr.)
A.G.S. Estado Leg 671 f. 139.*

.
De Polonia lo que aqui se sabe es que aquel nuevo Rey bive con poca satisfacion de los de su Reyno, y d'esta misma manera les va a ellos con él y assi caminan los unos y los otros hasta agora con mucha discordia y descontentos haviendose atravesado algunos negocios de justicia y de gracia que han sido parte de la indignacion que ay entre unos y otros

por donde el Rey de muy desgustado (segun publican los franceses que se buelven) ha adolescido y quedava con calentura continua a los ultimos de março.

N. 147.

Viennae 8.III.1574.

Comes de Montagudo

ad Philippum II regem Hispaniae

*de d.r., i.a. de itinere regis Henrici e Gallia in Poloniam, de sepultura
solemni regis Sigismundi Augusti Cracoviae, de proxima coronatione
regis Henrici, de articulis a rege iuratis, etc.*

(Hisp. Relatio ex cryptogr. Relatio brevis v. E 671 f. 151)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 149.

El Rey de Polonia passó ya por el Imperio y por tierras patrimoniales del Emperador y en las unas y en las otras ha sido bien recibido y festejado mayormente del Elector Palatino que le hospedó y no solo dizen quedó satisfecho de aver entendido las causas que movieron al Rey de Francia a hazer el castigo que hizo en el Almirante de aquel reyno y en sus sequaças, pero afirman haver avido nueva plática en lo de la elección del Imperio, en la qual quieren dezir que el dicho Palatino elector quedó bien prendado por la parte Francia, habiendo acudido a esto el elector de Treveres; y tambien se afirma lo mismo del de Brandemburg y el de Colonia ni está al vado ni a la puente. Saxonia y Maguncia no admitieron plática ninguna contra la Serenisima Casa de Austria, aunque el Palatino ha hecho los esfuerços posibles y con esto llegó Mos de Anju a Polonia dos o tres jornadas de Cracovia donde ha hecho alto por algunos dias, en los quales se celebraron en la dicha Cracovia las exequias del Rey Sigismundo Augusto, el qual fue sepultado con muy gran solemnidad. Halláronse allí en Cracovia con el Nunçio de Su Santidad los embaxadores del Emperador y del Rey de Francia y del Rey de Ungria y el del Electo de Polonia, hubo diferencia entre el embaxador de Francia y el de Ungria y al fin precedió Francia; y luego hubo otra entre el Embaxador de Ungria y el de Polonia y el mismo Senado y Consejo de Polonia condemnaron a su mismo Rey que cediesse al de Ungria. Tambien se hallaron los de Venecia y algunos de los Príncipes del Imperio convidados para esto. Hecho el entierro y acabadas las exequias entraria el nuevo Rey en Cracovia con recibimiento, creen sería la coronación domingo a los XXI del presente, si bien es assi que havia algunas diferencias particularmente sobre los capítulos que juró Mos de Anju en Francia a los embaxadores de Polonia que tractavan de religion y de que cada uno pueda vivir en la que quisiere. Agora piden los polacos hereges confirmación y revalidación de aquel juramento y los prelados y otros cathólicos de aquel reyno revocación de lo concedido a los dichos hereges; dizen que como quiera que la mas parte de la gente común de Polonia es cathólica si se juntan con los dichos prelados y algunos nobles cathólicos

podria haver algún nuevo garbullo que le dicesse en que entender al nuevo Rey, el qual se cree les jurará quanto le pidieren los unos y los otros, cosa de gran lástima es y a que Dios acuda como a las demás neçessidades de su Yglesia.

... Dizen mas los dichos avisos que Mos de Anju, desde la villa donde reside el Elector Palatino que es Aydelberg ^{a)} y hasta mas de la mitad de Alemania, llevó en su coche a los dichos Condes Christóphoro Palatino y Ludovico de Nassao, a los quales dió cantidad de cient mill ducados para ayuda a los gastos del de Oranges, haviendo hecho buenos presentes a la muger del dicho elector y a su nuera; hase sabido tambien que el Elector de Brandenburg no quiso verse con el Mos de Anju, aunque lo procuró, y esto es al contrario de lo que hasta aqui se havia dicho, pero tómanse los avisos como vienen y de ayer acá le ay de que la coronación de Rey de Polonia se çelebrava en Croaçia a los XXI de hebrero y esto es lo que puedo dezir a Vuestra Magestad hasta los XXVIII del dicho mes que me embió la Cesárea un villete luego que tuvo confirmación de los primeros avisos que aqui he acusado, en el qual dize solas estas palabras: - Ayer y oy he tenido avisos de çiertos movimientos que ay de gente de guerra en Alemania, aunque algunos dizen para Flandes, otros a otras partes, de manera que no podria dezir para donde. Sed praevisa tela minus laedunt etc. Maximiliano. - Yo fuy a besar las manos a Su Magestad por su cuydado y le hallé no poco corrido del desacato con que proceden el Elector y sus hijos, pero luego se le cae de las manos este enojo a Su Magestad a quien supliqué con una carta del Comendador Mayor de Castilla mandase despachar çiertas patentes para levantar dos regimientos de alemanes. Mandolas despachar luego con lo demás que yo le avia suplicado para que el dicho elector palatino entendiese quan contra la voluntad de Su Magestad hazia lo que hazia, porque yo no espero otro deste oficio que hago, que el que digo.

a) recte: Heidelberg

N. 148.

Viennae, 27.III.1574.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de oratore Ducis Moscoviae, qui proposuit imperatori com-
mune bellum contra regem Poloniae ad «restituendam imperatori»
Prussiam aliasque terras.*

(Hisp., Relatio ex cryptogr.)

A.G.S. Estado Leg 671 f. 153.

El moscovita que aqui está ha propuesto al Emperador en respuesta de las graçias que Su Magestad Cesárea le mandó dar por la buena vo-

luntad que tuvo a que el Serenísimó Archiduque Ernesto fuesse Rey de Polonia, que su amo dessea conservar el amistad que su casa començo a tener con el Emperador Maximiliano, la qual ha prosseguido con los Emperadores Carlos nuestro señor y Ferdinando que Dios tenga y que ayudará y servirá a Su Magestad Cesárea en todo tiempo y en toda ocasión, maximamente contra el Rey de Polonia que agora es y contra el turco, proponiendole jornada para recuperar lo de Prussia y otras qualesquier partes que tenga ocupadas aquel reyno assi del Imperio, como de los estados patrimoniales de Su Magestad Hasta agora no se le ha respondido cosa alguna.

Todavía se está aqui el Duque de Ferrara y el de Umena hermano de Mos de Guisa con otros algunos cavalleros llegaron dos dias ha de dexar en Cracovia al Rey de Polonia no vienen muy contentos de los polacos ni ellos lo quedan destas según dizen.

.
N. 149.

Viennae 14.I.1574.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de itinere regis Poloniae per Germaniam, deque regis Sueciae
interventu in rebus ducatus Barenis.
(Hisp. Relatio ex cryptogr.)
A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 159.*

.
De la pasada por Alemania del nuevo Rey de Polonia, lo que ay es haver estado en Francfort a los XX del pasado, despues de haverle hospedado cumplidamente el Conde Palatino. Tambien escriven que ya havia atravesado el Imperio, haviendo sido muy festejado de los electores Brandemburg y Saxonia y que a los XI deste entraria en Lusaçia provincia de la corona de Bohemia confinante con Polonia, aunque antes de entrar en su reyno torna a tocar en la marca de Brandemburg, de razón estará ya en el dicho su reyno, y el consejero Prayner que va por el Rey de Ungria para hallarse a su coronación, partió sábado pasado a juntarse en Silesia con el Duque que el Emperador embia. Entiendo que será la coronación para la Candelaria y que va muy contento de los del imperio; y ellos lo quedan del por donde todo esto da bien en que mirar al Emperador y a los suyos. Assi mismo ha pasado por aqui un embaxador de venecianos que va a residir en aquel reyno de ordinario; y mañana entra para lo mismo un nuevo Nuncio que el Papa embia allá.

.
El parescer y opinión común de todos los que en estas partes tratan del remedio de las cosas de Flandes, es dezir que convendría hazerse Vuestra Magestad muy señor de la mar como muchas vezes lo havrán

escrito otros; y a este propósito se me ha offrescido significar a Vuestra Magestad que estos dias pasados atravesó por aqui un criado del Rey de Sueçia que yva como su embaxador extraordinario a Roma con negoçios particulares como lo havrá ya escrito don Juan de Cúñiga, y me propuso la voluntad que sus Príncipes tenian de emplearla offresçindose la ocasión en el serviçio de Vuestra Magestad, mayormente acudiendo por la mar con sus navios a las necesidades de los Payses Baxos, haziendome relación de la cantidad y grandeza de sus naves y pertrechos; y assi le agradescí todo lo que me dixo, y como no me truxo carta, no le dí mas crédito, y tambien por que se me representó que sus amos devian tener puesta la proa en la pretensión del Ducado de Bari, y de lo demás que el Rey Sigismundo Augusto de Polonia pretendia en el Reyno de Nápoles por ser su hermana esta Reyna de Sueçia. Con todo esto verá Vuestra Magestad lo que mas será servido, que ya tengo dado aviso al Comendador Mayor para que por aquella parte se informe de la utilidad desta oferta. Nuestro Señor etc., De Viena a XIII de Enero 1574.

N. 150.

Cracoviae 25.X.1574.

Ignotus

ad destinatarios non indicatos (Aviso)

de tumultu et destructione templi evangelici in Cracovia.

(Hispanica versio ex textu latino)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 170.

Avisos de Cracovia a 25 de octubre 1574.

Traduzidos del latin.

Aqui han acudido muchos senadores y nobles para que se castiguen los auctores y complices de la destruction y saco del templo de los evangelicos. A muchos han prendido y dado tormento y entre ellos a algunos carpinteros y albañiles que fueron alquilados para romperle y desbaratarle. Destos moriran algunos y tambien ciertos ladronçillos a quien se han hallado çiertas cosas de las que se tomaron y ser auctores desto algunos estudiantes por induction de los catholicos y ecclesiasticos. Remitirse ha el conocimiento desto a la dieta y causara este caso harta differença y dissension.

Muchos del pueblo echavan la culpa a Lasqui ^{a)} por haverse visto alli algunos de sus criados, los quales se han escusado despues pero no de manera que ayan quitado de su amo la sospecha.

a) recte: Laski

In campo sub Varsavia 17.XII.1575.

Martinus [Gerstmann] episcopus Vratislaviensis et socii, Maximiliani II oratores

ad rerum memoriam

repetunt articulos Pactorum Conventorum, quos Maximilianus conclusit cum Senatu et statibus Poloniae.

(Lat. Exemplar; habetur versio hispanica v. Pars III)

A.G.S. Estado Leg. 672 f. 1.

Articuli pactorum conventorum inter Illustrissimum Senatum et amplissimos status et ordines inclyti Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithvaniae ab una, et Beatissimum in Christo Patrem ac magnificos Dominos Martinum episcopum Vratislaviensem et Principem, ac superioris et inferioris Silesiae supremum Capitaneum, Andream Dudith et Matheum a Logaw, Swednicensem et Jawrensem Capitaneum, Serenissimi et Potentissimi Principis ad Domini, Domini Maximiliani secundi Romanorum Imperatoris semper Augusti et caetera, nunc electi Poloniae Regis et Magni Ducis Lithuaniae ad eosdem status et ordinis Regni missos oratores.

Posteaquam ita placuit Deo omnipotenti, cuius voluntate et arbitrio Reges regnant et populi dominantur, ut in Regem Poloniae et Magnum Ducem Lithuaniae creatus et electus sit Serenissimus et Potentissimus Princeps et Dominus, Dominus Maximilianus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Ungariae, Bohemiae Rex atque Archidux Austriae, in eiusque Maiestatis electione, fuerint certa pacta et conditiones, tam ab oratoribus ipsius Maiestatis, quam etiam ab ordinibus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae propositae ex unanimi utriusque partis consensu declaratio, elucidatio, conclusio huiusmodi conditionum et articulorum, in eum modum, qui sequitur est consequuta.

1. Ac primum quidem, si Serenissimus Princeps et Dominus Maximilianus, Rex Poloniae et Magnus Lithuaniae Dux renunciatus nobis imperare, tum etiam Rex et Dominus noster esse vult, omnia privilegia, jura, leges, consuetudines, exemptiones, immunitates, tam in universo totius Regni ordinum et Magni Ducatus Lithuaniae corpore, quam singulis eius membris integre conservet, ac si qua in parte Reipublicae visum fuerit, augeat, omni tempore et loco quando ea de re ab ordinibus Regni et Magni Ducatus Lithuaniae rogatus et requisitus fuerit, et praesertim si in conventu futurae suae coronationis ea de re, ab ordinibus Regni fuerit postulatus et rogatus, ut ea omnia, quae ad augendas libertates Regni pertinere videbuntur, suscipere, tenere, et confirmare teneatur et sit strictus Articulus item augendae libertatis publicae in electione Serenissimi Regis Henrici factos et constitutos et ab ipsius Maiestate confirmatos, ut ipsius Maiestas in omnibus punctis et clausulis suscipiat, teneat et confirmet. Quam conditionem Domini oratores susceperunt, et sancte pro ipsius Maiestate promiserunt, id ipsius Maiestatem expleturam esse.

2. Item distributiones et collationes Dignitatum, officiorum, functionum, tam ecclesiasticarum quam secularium juxta Regni et Magni Ducatus Lithuaniae constitutiones, nulli unquam extraneo sed indigenae Polono

aut Lithuano conferet. Indigenam intelligens, non eum, qui advena existens, possessionem sibi quomodocumque adquisierit, sed qui Polonus aut Lithuanus genere sit, et juxta Regni leges ad dignitates capiendas aptus et idoneus esse iudicetur.

3. Controversias de Prussia et Livonia cum Sacro Romano Imperio, quamvis nullas habere se iudicet Regnum Poloniae tamen amicitiae et amoris mutui conservandi causa, non renuunt ordines, ut eas ipsius Maiestas in perpetuum sopiat. Quod ea ratione ipsius Maiestas per oratores suos facturam esse recepit, ut primo quoque tempore eam rem syncera fide et omni conatu sine tamen ullo praeiudicio Regni ad effectum deducat, ut nullo unquam tempore amplius de iis rebus controversiae exoriantur.

4. Existimat Illustrissima Domus Austriae aliquod ius habere se in Ducatum Masoviae. Hoc quantum existimare ^{a)} ordines non satis probe intelligunt. Attamen, ut ea de re quoque silentium fiat perpetuum, constitutum est, ut ipsius Maiestas, jura, privilegia, si quae habere se praetendit, ad proprietatem Ducatus ipsius Regno concedat et in conventu coronationis ea in Archivum Regni inferat, et solennem in eo conventu suo et Austriae totius familiae nomine, eius Ducatus renuntiationem faciat et litteris, diplomatibusque datis id in perpetuum sopiat. Quam rem reliqui quoque Austriae Principes ratam et gratam habere debent.

5. Narvica navigatio quantum damni Regno adferat, et quam occasionem praebat, ut dominium maris Baltici Regno Poloniae proprium videatur diminui, ipsius Maiestas bene perspicit, ob eamque rem eum Serenissimo Rege Daniae et civitatibus maritimis cupit per opportuna media negotium hoc componere, et septuaginta Germaniae civitatum societatem restituere. Quam rem, cum ordines videant apprime esse utilem, optant ut id Maiestas Regia quam primum perficiat, et cum Serenissimo Rege Daniae, tum etiam cum civitatibus maritimis, et septuaginta civitatibus Germaniae aliisque id genus concludat, ne huiusmodi navigatio Regno sit damnosa. Quam ad rem Serenissimum Regem Suetiae existimant ordines magnum adiumentum adferre posse.

6. Barensen Ducatum et Rosanensem Principatum ^{b)} una cum provenitibus Neapolitanis recipit Maiestas Regia per dominos oratores, se apud Serenissimum Regem Catholicum primo quoque tempore effecturum esse, ne de iis omnibus ulla difficultas, aut tergiversatio fiat, quominus his omnibus Serenissima Infans Anna, et qui ad eam rem jus habent, integre potiantur.

7. Agnoscunt item ordines, quae quantaes utilitates Regno Poloniae et Magno Ducatui Lithuaniae accrescere possunt ex amicitia et foedere Serenissimi Regis Hispaniarum consecuto, propterea libenti animo accipiunt, id quod ipsius Maiestas efficere cupit, ut hoc foedus perficiatur. His autem mediis existimant ordines rem recte confici posse, ut Maiestas Regia apud Serenissimum Hispaniarum Regem obtineat, ut in conventum proximum coronationis suae ipsius Catholica Maiestas oratores cum plenis mandatis in Regnum Poloniae ableget, qui rationes et modos, tum etiam conditiones foederis paciscendi secum adferant, et id demum faciant, quod ex re et utilitate Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae fore iudicabitur. Si vero id commode ita effici non potest, tum Maiestas Regia ad prima Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae comitia hoc perficiat.

8. Pacta et foedera cum Ungariae et Bohemiae Regnis et dominiis ipsius Maiestatis accipiunt ordines, et quid ex his emolumenti provenire debeat, in futuro coronationis conventu tractatio institui debet.

9. Amicitiam perpetuam et foedus cum Sacro Romano Imperio, quam ipsius Maiestas procurare debet, una cum auxiliis contra quosvis hostes accipiunt ordines. Et cum videant Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae a barbaris hostibus undique septum esse non modo ex re et utilitate sua, verum etiam Imperii sive potius universae Christianitatis esse iudicant, ut ab Imperii ordinibus constituatur auxilium firmum et certum Regno Poloniae et Magno Ducatui Lithuaniae, sic enim securiora et Imperii et ipsius Maiestatis erunt Dominia ubi facultas praecludetur barbaris hostibus ea invadendi, maxime cum videant Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae totius Christianitatis esse quasi quaedam propugnacula, quae propter bonum Reipublicae Christianae fortibus praesidiis munire expediat. Proinde conclusum est, ut auxilia ab oratoribus Illustrissimorum Imperii electorum hic in genere promissa, quae deinceps praestari debent, in primo conventu Imperii, qui futurus est, procurante Maiestate Regia declarentur. Interim autem, ut Maiestas Regia, ingruente quovis bello, ad omnes item necessitates et pericula avertenda pecuniae summam pro decem millibus equitum polonorum conscribendis quam primum Reipublicae det, sive quinque millia germanorum equitum comparata ad fines Regni mittat, quod in arbitrio Reipublicae esse debet id accipere et facere quod magis ex re et utilitate illius fore videbitur.

10. Confoederationem et societatem contra hostem cum Regibus Daniae, Suetiae, Moschorum Principe accipiunt ordines. Cavent tamen ne in sociale bellum contra Turcas et alios quosvis, eos ipsius Maiestas inducat, neque de bello suscipiendo quicquam statuatur, insciis, inconsultis et non consentientibus ad hoc ordinibus omnibus in conventu generali Regni.

11. Commercium, negotiationes cum Regnis et Dominiis ac Sacro Romano Imperio ut magis ac magis promoveantur cum iis commodis et emolumentis, quae maxime necessaria Reipublicae fore videbuntur.

12. Quoniam Illustrissima Austriae familia Turcharum Imperatorem habeat quasi hereditarium hostem propterea verentur ordines, ne is novo Maiestatis Regiae successu commotus, bellum contra Regnum moliat, expedire autem et Maiestati Regiae et Regno iudicant, ut cum eo pax diuturnis pactis et foederibus firmata servetur. Eamque Serenissimus Rex per oratores suos ad Turcharum Imperatorem ablegandos stabiliat. Si vero pax justis et honestis conditionibus obtineri non possit, ut Maiestas Regia omnibus viribus, opibus, facultatibus, tam suis, quam amicorum et vicinorum auxiliis firmissime defendat et bellum a Polonia longe depellat. Tum etiam a Moschis et Tartaris et aliis quibusvis hostibus Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae defendat.

13. Si forte in Ungaria bellandum fuerit, non utetur Polono aut Lithuano milite ipsius Maiestas, nisi forte si qui voluntarii milites esse voluerint, certis stipendiis liceat illis in bellum ubi valent proficisci.

14. Ad tutandos fines Regni quatuor arces finitimas ex iudicio et arbitratu Reipublicae, certis et commodis locis ipsius Maiestas absque mora et procrastinatione ulla debebit ^{c)}; siquidem eam rem non modo Regno Poloniae, verum etiam toti Christianitati fore utilissimam ordines iudicant. Factura id est autem Maiestas Regia sumptibus suis, et non solum

novarum arcium aedificationem, verum etiam collapsarum et destructarum restaurationem sibi suscipiendam esse putabit.

15. Academiam Cracoviensem et eius doctores, novis stipendiis et ornamentis, viris doctissimis etiam ex Italia vel Germania accitis, augebit, ut ea sit veluti seminarium Reipublicae, ex qua viri ad Rempublicam regendam sapientissimi prodeant. Id vero, ut quam primum Maiestas Regia faciat ordines petunt.

16. Qui apti erunt ex Polonia et Lithuania Aulicis ministeriis praeficientur, tum in aulis Serenissimorum Austriacorum Principum tum in eorum Regnis et Dominiis.

17. Duos articulos in priore legatione propositos de centum nobilibus adolescentibus Polonis et Lithuanis in externis Academiis sustentandis, et de libera exportatione vini ex Ungaria, quod ipsius Maiestas optionem dat, ut si id ex utilitate Reipublicae maiori videatur esse, pro his conditionibus, aut illorum loco primo anno numeret ipsius Maiestas trecenta milia florenorum, utpote post electionem in duorum mensium spatio centena, et deinde intra anni spatium ducentena millia. Secundo anno centena milia. Postea componere vult ipsius Maiestas cum Republica ut id fiat quod ex usu et necessitate et communi consilio visum fuerit, consentiunt et approbant ordines, ut hoc ita fiat, quod est posterius declaratum. Siquidem eo tempore pecunia in praesidium contra Regni hostes et in milites Polonos et Lithuanos, qui in finitimis Regni partibus sustentandi erunt, tum etiam in extructionem et restaurationem arcium utilior esse censetur, ubi vero pecunia nominata in huiusmodi usus conversa fuerit, post biennium deinceps ipsius Maiestas condiciones superius oblatas facto implebit vel cum Republica constituet, ut id fiat, quod ex usu Regni fore iudicabitur.

18. Debita omnia Regni et Magni Ducatus Lithuaniae Livoniaeque et alia liquida per defunctum olim piae memoriae Regem Serenissimum Sigismundum Augustum contracta, quorum ipsimet Senatores et status Regni rationes suae Maiestati indicabunt, ac in scriptis in conventu coronationis proferent, in decursu unius anni Maiestas Regia pecuniis suis persolvat.

19. Militibus etiam stipendia tam in Regno, quam in Magno Ducatu Lithuaniae ac Livoniae debita persolvere tenebitur. Aulicis etiam Serenissimi olim Sigismundi Augusti, quibus stipendia persoluta non sunt, in decursu duorum mensium Maiestas Regia persolvat.

20. Et quoniam Respublica nostra hoc interregni tempore sine Rege, sine lege vivens, non modo externis, verum etiam internis malis non mediocriter est attrita, iudicant ordines ex usu Reipublicae esse, ut Maiestas Regia animos hominum dissensionibus irritatos ad concordiam reducat, et odia, discordiasque clementi paternoque animo componat, ut ita subditos habeat unum et idem sentientes, et unanimi fide ac obsequio ipsius Maiestatem colentes.

21. Haec et alia Regis iusti et clementis officia, ut eo commodius expleat, in Regno ipsius Maiestas habitare, nec ex eo discedere debet, si vero discessu brevi e Regno opus habeat (quod tamen toto hoc biennio non faciat) tum id ad omnes ordines Regni in Conventu publico referat, sine quorum scitu, voluntate, consensu e Regno discedere non debet. Praeterea duos in Polonia annos, unum vero in Lithuania habitando consumat. Nunc vero quam citissime intra unius etiam anni spatium si po-

terit ipsius Maiestas in Lithuaniam se conferat, ut provinciae afflictæ opem ferat eiusque rebus subveniat.

22. Commissarios ut ipsius Maiestas quam primum designet, qui iniurias ex finium, controversia Regnicolis illatas component, et damna ex Ungaria, Silesia, Marchia, Pomerania facta resarciant.

23. In negotiis domesticis in publicis etiam privatisque expeditionibus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae titulo non alio utetur Serenissimus Rex, praeter titulum Regibus Poloniae usitatum, videlicet: Maximilianus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, et caetera; volunt enim ordines ut libertas et auctoritas Regni in sua integritate et firmitate permaneat. Ne alicui aut Imperio aut Regno videatur esse adiuncta.

24. Proventus Regni et Magni Ducatus Lithuaniae, non in alium usum, quam in privatum Maiestatis Regiae converti debet. Sumptus etiam et impensae non in alium quam regibus Poloniae usitatum morem et usum aulaeque ex Poloniae et Lithuanis congregatam fieri debent ne extraordinariis impensis Regnum gravetur.

25. Jura in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae ad obtinenda et comparanda tam in suos, quam extraneorum usus castra, civitates, oppida, villas et alia id genus a nemine prorsus ipsius Maiestas acquirere debet. Acquisita vero nullius valoris et ponderis sint. Extranei item citra consensum publicum nulla bona in Regno et Magno Ducatu Lithuaniae comparent. Emptio et venditio huius modi valorem non habeat.

26. In consiliis, iudiciis et deliberationibus publicis Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae concernentibus ne unquam ipsius Maiestas extraneo consultore utatur. Extranei etiam in consilium Polonicum et Lithuanicum non adhibeantur, negotia Regni non tractent, nec ullo modo aut colore se in haec immisceant. Ad gratiam Maiestatis Regiae et beneficia consequenda neminem interventu, opera, favore, juvent; sed ea potestas, libertas, auctoritas omnis penes indigenas, hoc vero est Polonos et Lithuanos, incolas, non peregrinos permaneat.

27. Ut Serenissimae Infantis Poloniae Annae, ultimae in Polonia et Lithuania Jagellonicae familiae stirpis, Serenissimus Rex condignam rationem habere velit. Agnoscunt enim ordines plurima ex Jagellonica familia in hoc Regnum profecta esse beneficia ita ut perpetuo grati animi significationem huic relictæ posteritati testari velint. Visum autem est ex re Regni et Serenissimae Infantis esse, ut ipsius Maiestas Serenissimam Infantem in matrimonium collocet alicui ex senioribus ipsius Maiestatis filiis, quodquidem matrimonium corporali juramento oratores ipsius Maiestatis hic confirmare debent, quod etiam re ipsa facturos se receperunt. Et Illustrissimum Principem Ernestum Archiducem Austriae pro marito Serenissimae Infanti futuro obtulerunt et constituerunt ut hoc certissimum et exploratissimum sit et indubitatum exitum habeat. In qua quidem re, hoc senatus cavet et cautum esse vult, ne hoc matrimonio subsecuto iuribus libertatibusque Regni et Magni Ducatus Lithuaniae aliquid praeiudicium fiat.

28. Id etiam ad suam et Reipublicae utilitatem ac dignitatem maxime pertinere judicarunt ordines, ut Serenissimus Rex in hoc Regnum veniens Regium et paternum erga Regnicolas animum habeat. Electionem suam omnibus aequaliter adscribat, nec unquam alienus ab his sit, qui praeter Maiestatem Regiam alios sibi candidatos libera voce et sententia ornandos sumpserunt, et de gente Polonica ac Lithuanica hoc sibi persuadeat, quod ipsius Maiestatem recte et juste nobis imperantem, non modo pro Domino et Rege, sed pro parente et patrono simus habituri omnemque fidelitatem et subiectionem ipsius Maiestati, omni loco, tempore, necessitate declaraturi, quibus syncera et recta fides in Reges et Dominos suos est innata.

29. Officia Regni et Curiae ut refoventur et in statum optimum et iustitiae convenientem reducantur. Id sibi Maiestas Regia in conventu coronationis adhibito senatus et ordinum Regni consilio faciendum esse putabit.

30. Fines Regni et Magni Ducatus Lithuaniae aliarumque his adiunctarum provinciarum ^{d)}, ne per aliquos tractatus et conditiones minuantur, quin potius diminuti ab hostibus recuperentur.

31. Quae omnia singula memorati Domini oratores nomine Serenissimi Regis electi plena et absoluta mandata ad eas res tractandas, concludendas, concedendas et confirmandas habentes, eaque Regni et Magni Ducatus Lithuaniae ordinibus exhibentes, promittunt, spondent, recipiunt Serenissimum Regem Electum omnia jura, privilegia, libertates, immunitates, praerogativas unicuique statui et homini ex incolis Regni Magnique Ducatus Lithuaniae et omnium provinciarum illi adiunctarum, sive generaliter omnibus, sive specialiter singulis per Serenissimos Reges et alios Principes et praedecessores suos juste et legitime concessas vel quovis alio nomine quaesitas, ac diuturno usu approbatas, sive nunc etiam circa electionem Regis sui ex unanimi et concordi consensu omnium ordinum sancita, integre ac inviolabiliter servaturum, atque etiam juramento corporali juxta sibi traditam formam ante inaugurationem et coronationem sui confirmaturum et literis ad ea necessariis muniturum. Quae etiam suprascripta omnia et inde caetera consequentia in robore certissimae atque perpetuae firmitatis supradicti oratores nomine et loco ipsius Maiestatis promiserunt, si et in quantum ipsius Maiestas ea omnia per oratores ordinum Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae ipsius Maiestati explicanda acceptare voluerit, haec rata et firma esse futura. Et in evidentius testimonium ac robur firmissimum omnium suprascriptorum sigilla utriusque partis, tam statuum Regni, vel ab his deutorum, quam ipsorum oratorum hisce literis sunt adhibita, cum subscriptione manuum eorundem. Actum et datum in Campo sub Varsovia in conventu electionis Regiae die decima septima mensis decembris, Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto.

Martinus, episcopus Vratislaviensis. Andreas Dudith. Matheus a Logaw ^{e)}.

a) in ms.: extimare.

b) in ms.: Rosanensis Principatus

c) sic in ms. deficit verbum

d) hoc verbum in ms. repetitur.

e) subsignationes manu scriptoris

S.l., [post 7.VII.1572.]

*Internuntius a senatoribus Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae ad Ioan-
nem IV, ducem Moscoviae missus
iisdem senatoribus
refert responsonem oralem eiusdem ducis, qui rogat, ut ipse in regem
Poloniae eligatur; de crudelitate se disculpatur; petit ut profugi e Mos-
covia qui in Lithuania degent, moscovitis tradantur; insistit ut sibi
Livonia usque ad Dvinam cedatur.*

(Lat. Exemplar)

A.G.S. Estado Leg 672 f. 2.

Responsum Magni Ducis Moschorum ad Illustres et Magnificos Do-
minos Senatores Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae simul et
adhortatio.

Dum venissem vocatus ad Serenissimum Magnum Ducem Moschorum,
accepi responsum a Faelice Zioikovicz ^{a)}, cancellario eius in haec verba:

« Venisti huc ad me missus a Magnificis tuis Dominis Polonis simul et
Lithuanis; obtulisti denique eorum litteras, quas nos serio mandavimus
coram nobis legere, quarum etiam tenorem ad unguem intelleximus. Scri-
bunt Domini Poloni, atque Lithuani significantes nobis voluntate et nutu
divino fratrem nostrum Sigismundum Augustum, Dei gratia Regem Po-
loniae et Magnum Ducem Lithuaniae, iam debitum naturae persolvisse;
quamquam et nos hac de re aliquantulum famam perceperamus tamen
huic rei non protinus fidem adhibueramus, non ignorantes nuncios multa
posse novarum deferre, variaque loqui; tametsi nos ex Divina gratia huc
usque perbelle vivamus, nulla tamen deinceps apud nos erit dubitatio, de
fratris nostri morte. Licet fratris nostri mors non modicum nobis attu-
lerit dolorem, eoque maiori afficior dolore quod Deus Optimus Maximus
fratrem nostrum hoc pacto ex hac calamitosa vita ad caelestia regna tras-
ferre voluerit. Nam per mortem huic mundo vale dicens neque germanum,
neque filium post se, qui de eius anima et corpore summam curam atque
diligentiam adhiberet, reliquit, qui inquam praedicto negotio operam fi-
delem navasset, donec novus Rex terrarum provideretur. Et quamvis
sciam eum duas germanas sorores dereliquisse, quarum altera iam ma-
trimonio iuncta est, quae iam novit rationem suae ipsius vitae, altera vero
caelibam vitam actitans, cui nullum tutorem reliquit, cuius quidem curam
et providentiam ipsemet Deus suscepit. Porro vestri Domini tam Poloni
quam Lithuani facti sunt Anacephali, hoc est absque capite. Et licet in
Regno Poloniae et in Ducatu Lithuaniae multa extant capita, sed tamen
unico et sano capite carent. Et quamquam cum fratre nostro Sigismundo
Augusto haud brevi tempore hostilem animum tragoediasque multas ges-
simus, proximum tamen erat, ut inimicitiiis finitis cum eo foedera pacis
atque amicitiae antequam exhalaret extremum spiritum, inchoata vix per-
petua non inieramus; quamquam et modo posteaquam fratrem nostrum
ad sua regna caelestia Deus arreptum esse voluit, eadem foedera ex animo
noluerim esse violata. Nemini enim dubium est quam maxime hac nostra
inter christianos discordia sive controversia vires gentium augeantur, chris-
tianorum autem diminuantur ac deficiant, sanguis eorum innoxius effun-

ditur. Ex quo vestri Domini nunc vel maxime opus habent Monarcha, quod si ipsi me in suum Monarcham eligere vellent, equidem id cognoscerent, qualem me dominum et quam benignum, benevolum liberalissimumque haberent, ac etiam quam fortem defensorem eorum Provinciarum adeo inquam, ut neque aliarum gentium seu hostium Christi fidelium vires, neque Romana potestas, neque quodvis aliud Imperium, huic nostro Imperio facile possent comparari, ne dicam superare. Quod si summus Rector Deus Optimus Maximus id dederit, ac prosperaverit, ut isthaec duo amplissima Dominia in unum Imperium coalescant, quid putatis quanta inde gloria utrique dominio accessisset? Et quum multi sunt in Regno vestro, qui me barbarum, crudelem, et ferocem nimium appellant, neque id ipsemet nego; scio enim me esse talem, sed videant quibus ego sum crudelis sive malus. His scilicet, qui mihi sunt mali, et inobedientes, et qui contra me sunt, illis oportet ut sim malus, qui vero me diligunt, et voluntati meae sive mandatis in omnibus ex animo obtemperant, huic clenodia torquesve aureas in collo meo appensas ex me ipso depositas libenter semper largitus sum.»

Huc Molutta ^{b)} Marschalcus stans dixit: « Piissime Caesar, Duxque veracissime, omnes correptiones a Maiestate tua subditis tuis illatae sunt aequissimae, nullamque iniustitiam admixtam habent: nam pro cuiuslibet meritis remunerare abundanter cum suavissimo osculo et e contra si aliquorum demerita videas, ea non sinis esse inulta.»

Ad haec respondit princeps: « Bene perspectum et planum habeo de divitiis pro avi ac patris nostri dominis polonis atque lithuanis satis superque constare. Verum ego, quemadmodum a proavo et patre nostro longe absum, ita utrumque divitiis ac viribus supero. At id vestri domini aperte possunt de me ea loqui, qui et suos subditos diligunt, eo quod etiam ipsimet a subditis suis diliguntur, sed de meis aliter sentire debent. Cum enim nuper nobis proelium cum Tartaris accidit, contra quos Krinski ^{c)} cum quadraginta millibus equitum, adiunctis illi sex Palatinis cum propriis copiis mandaveramus facere expeditionem, qui inde nullam mihi victoriam retulerunt. Et licet magno dolore tum in animo meo praemebar, ob desiderium tantae multitudinis militum tamen id facile Krinski ^{c)} pepercissem, neque a me ita incusaretur inertiae, neque dicerem rerum bellicarum eum ineptissimum, si mihi tantum modo vel duos Scythas, vel saltem eorum flagellum loco praedam secum attulisset, qua ratione potuissem sedare omnem meam adversus istos ignaros campiductores indignationem; quorum ignavia factum fuit, ut iidem Tartari in fugam converso nostro exercitu sese receperint in dictiones atque dominia nostra; tamen incredibile quadam velocitate excurrentes urbem nostram primariam dictam Moskua coeperunt, direptamque igne cremarunt: quae nunquam ad eam calamitatem devenisset, si ad minus mille militibus loco praesidii, defendendique gratia munita fuisset; sed quoniam nos iam tale damnum incurrisse manifestum est, id fati cocedendis ^{a)} evenit, haec itaque potissima ratio est, cur dicar in meos subditos ferox atque malus. Rogo num proditores tantum in albo subditores meorum offensis licet. An etiam vestra Vilna proditoribus non scatet!. Fuit non ita pridem apud vos Victorinus quidam, qui nobis aliquoties literas mandaverat clam, sed nos pro gravitate nostra nihil responsi ei dabamus; quamvis nescio qui nebulonum inter vos affirmare presumebant, ac si ego fratri nostro Sigismundo Augusto eidem Victorino consulerim debere pro imposturas vitam adimere. Ac tantum scelus in nomen Domini et in crucem Crucifixi

irans nunquam mihi in mentem venerat, neque dictus Victorinus hoc scelus perpetrandum a nobis docebatur; etiam et talia nonnulli vestrorum affirmare videntur, ac si nobis idem Victorinus literas super hoc scribere debuisset, quas nos nunquam vidimus. Huc tandem allatum ad nos fuit, tandem Victorinum captum esse suaeque proditionis iustas subiisse poenas. Huic iam colligere poterit non modo in nostris, sed etiam in vestris terris multos reperiisse proditores. Quare si voluntas divina aderit idque Domini Poloni diligenter mutato consilio inter se statuerint, nosque in suum dominum elegerint, atque hoc nomine suos ad nos legatos solemnes atque autenticos miserint factis primo iuramentis, quicquid a nobis postulaverint, id facile sunt impetraturi.

Neque aliquid tale futurum erit, quominus pro nostra clementia illis simus parati donare, quod si ita visum fuerit divinis placitis ut domini Poloni et Lithuani pueros et liberos suos ad nos et ad liberos meos servitii gratia mittendos decreverint, equidem probabunt me illis esse et fore Dominum clementissimum. Non mirentur, obsecro, Domini Poloni quod proditores nostri varia nobis crimina impingant, quoniam eiusmodi perduellos, quemadmodum et alii, qui hostile pectus contra nos gerunt, nihil praeclari de nobis fateri poterint. Facile ego ante conspectum dominorum Polonorum et Lithuanorum meae innocentiae bonam rationem sum daturus modo vicissim praecatos esse volo Dominos Polonos, quam accuratissime observent, ut si eligar in eorum Monarcham profugis nostris, qui vel in Polonia vel in Lithuania degant fugam illis procludant ne antequam ego a criminibus illatis purgationem faciam, ipsi vel ad Tartaros vel ad Turcas deficiant; quod si fecerint eam rem Poloni, id per nomen Domini illis promittimus, nihil praedictis profugis adversitatis seu paene nos illaturos, sicut etiam et Krupski ^{c)} nullam adversum me inventurus est iustam causam cur a me defecerit. Etiam quod indignabundus illi exiti ipsemet mihi maximam occasionem praebuerat, huic conscius sui nefandi criminis fuga eum propriae vitae consulere oportuit. Quod autem attinet ad terram Livoniae, facilis est ratio, si enim Diis placuerit ut in Monarcham omnium suffragiis augurar, id equidem facile fieri possit, ut Livoniae et omnis terrae Moschorum nempe Novohrod et Pskow idem et unum essent. Praeterea si adhuc Domini Poloni et Lithuani Domini sui recordari vellent quod damnum ex amissione Polorsko ^{d)} reportassent. Ego hoc nomine Polorsko ^{d)} cum omnibus adiacentibus sibi dimittam quin etiam nunquam deinceps me visurum Polorsko ^{d)} promitto, modo mihi cedere velint Livoniam usque ad flumen Vzuina. ^{e)} Faciantque pacta inter orulum ^{a)} nostrum et Lithuanos, ut id quod nunc Domini Poloni et Lithuani aequum et necessarium esse statuerint, sancte se perpetuis temporibus observaturos promittant. Quando quidem ego ut in filios meos excommunicationis sententiam sum laturus, ne cum Lithuanis unquam bellum gerere audeant, quamdiu haec genealogia durabit; quod autem attinet ad filios meos, hi mihi tantum duo vivunt, quemadmodum in uno capite duo tantum oculi sunt, ita etiam filium a mea praesentia paterna longe ablegare, perinde foret, ac si cor magna vi e corpore humano extraheretur. Extat denique in Regno Poloniae et in Ducatu Lithuaniae doctrina Martini Lutheri Haeretici, sunt quoque plures discipuli quibus nos pro domino asserere et nominare minime placuit; quando quidem scriptura sacra non est discordiae et dissentionis, sed pacis, de iis in praesentiarum nihil loqui duxi, quin potius haec omnia abiecta sint. At vero mittantur nuntii

solemnes, qui talia nobiscum componere norint praesertim Andream de Krothssim ^{a)}, Ostaffium et Georgium Gichovicz. ^{a)} Praeterea quia Domini Poloni et Lithuani a nobis exigant ut illis foedera pacis maxime sub interregni tempore usque in finem inviolabiliter observem, utque et literis nostris confirmem, id ipsum et planum faciam, promitto me id usque ad tempus congruum custoditurum, tibi que literas quas petis luce crastina daturum. »

Nuntius tandem a Dominis Lithuanis missus sua negocia in conspectu Ducis Moschorum peragens his auditis exivit, quem protinus insecutus est Molluta ^{b)} Marsalchus, eumque iis verbis alloquutus est: « Curent Domini tui ut quam primum suos legatos ad Dominum meum amandent, gratia necessariorum rerum componendarum, ne si quid secus veniens in nos fabam suam ^{f)} referant. »

a) sic in ms.

b) recte: Maliuta (Skuratow)

c) recte: Kurbski

d) recte: Polock

e) recte: Dvina

f) suam in ms repetitum et expunctum est.

N. 153.

Varsaviae 29.I.1573.

*Conciliarii et senatores regni Poloniae
ad oratores imperatoris;
invitant eos ad comitia electionis, quae pro die 5 aprilis convocantur.
(Lat. Exemplar.)
A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 3.*

Illustres ac magnifici domini, domini amici plurimum observandi.

Officiosissima voluntate nostra diligenter in primis apud illustrissimas Dominationes vestras commendata.

Optavimus sane et nos, ut quemadmodum in illo nostro Cascensi ^{a)} congressu constitueramus, et ad dominationes vestras illustrissimas, per collegas nuntiosque nostros detuleramus, legationem eam, quam dominationes vestrae illustrissimae a Sacra Caesarea Maiestate ad status et ordines incliti huius regni habent, nunc in isto conventu nostro Wars Zovien-
si ^{b)} absolvisset; quod quidem ita recte ac satis commode fieri posse nos arbitrabamur. Verum quoniam nuntii terrarum, qui ab equestri ordine erant ad nos dimissi, hoc unum summopere a nobis expetebant, ut saltem die ac loco electioni novi Regis nostri hic per nos constituto ad eum ut reliqua omnia maioris momenti negotia, ita et legationes extraneorum principum omnes reservaremus, quarum ipsi etiam conscii esse possint. Non potuimus sane, neque enim forte expediret rebus Caesareae Maiestatis eorum reluctari voluntati. Distulimus itaque atque reiecimus haec omnia ad ipsam electionem, quam ad quintum diem mensis aprilis proximi, hic apud Warsaviam, indiximus. Ad quam etiam Illustres dominationes vestrae cum sua legatione venire dignabuntur, duobus aut tribus

diebus commoditatis suae gratia anteversis; interim hanc moram et excusationem nostram, alioqui iustam ac necessariam, boni ut consulant oramus. Optant in reliquo Illustrissimas Dominationes Vestras, recte ac feliciter valere. Datum in congregatione nostra Warsaviensi, die XXIX mensis januarii. Anno Domini MDLXXIII. Illustrissimum et magnificarum dominationum vestrarum.

Amici addictissimi. Conciliarii et Senatores Regni Poloniae.

a) *in ms*: Cascen; Kaski

b) *recte*: Varsaviensi.

N. 154.

S.l., [1573].

[*Ioannes de Montluc, orator regis Galliae*]

ad status Poloniae;

se advenisse nuntiat, Henricum Andegavensem [Valesium] in regem eligendum commendat, eumque laudat; ut sibi audientia in Comitibus Statuum concedatur, rogat.

(*Lat. Exemplar.*)

A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 4.

Illustrissimis, Reverendissimis, spectabilibus, magnificis generosis dominis, archiepiscopis, episcopis, palatinis, castellanis, caeterisque dignitariis et officialibus, ac universae nobilitati amplissimae reipublicae Poloniae, Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Massoviae, etc., in conventu Warschoviam ^{a)} congregatis, dominis observantissimis, salutem faelicitatem et pacem.

Cum ego, mecumque una Malocius in Senatu gratio Napolitano ^{b)} senator integerrimus, ad vos Illustrissimi, Reverendissimi, Magnifici, spectabiles, et generosi domini, a rege Galliarum Christianissimo legati proficisceremur ne subito Malotius morbo difficili interceptus orbam legationem reliquit. Me vero, cum incredibili desiderio vos salutandi et praeclarissimi muneris obeundi, in legatione perseverantem, non longitudo itineris, non asperitas viarum, non valetudo gravis, non multis laboribus aetas iam affecta, sed constitutae et dispositae omnibus fere locis insidiae saepissimae retardarunt ac pene revocarunt. Evasimus tamen, superavimusque eas ipso Assertore ^{c)} et Vindice Deo Optimo Maximo, qui nobilissimae huius legationis et sanctissimi officii auctor et princeps semper extitit, ut iam sperarem vobis occurrendi, et legationem renunciandi, quo nihil optabilius accidere potuisset, tempus mihi adesse. Sed cum extracta comitia usque praelatas et certo praescriptoque mihi a vobis loco, me continentem esse intellexissem, sanctissimis vestris iudiciis, autoritatie vestrae, patres, parere omnino constitui. Interim vero et dum ad colloquium con-

gressumque vestrum augustissimum perveniendi data sit mihi facultas, quam vehementer gloriae vestrae Illustrissimoque Regni Polonici nomini faveat Rex Christianissimus, quanti vos faciat, et quam Rempublicam vestram amet et complectatur, animadvertite quaeso. Is enim suavissimum et charissimum sibi fratrem Henricum, fortissimum et sapientissimum ducem, optimum et temperatissimum principem, cui tamquam potentissimae dexteræ innititur, cui pacis et belli negocia committit, totaque credit, hunc illum in regem vobis offert, et perpetui vobiscum foederis, constantisque amicitiae vinculum et pignus vult esse. Non igitur is puerum vobis aliquem, cuius imprudens aetas tutoribus aut alumnis commendanda sit, obtrudit; sed perfecta aetate, praestantique forma Principem, ingenio etiam admirabili et prudentia incomparabili, is vobis offert; cuius variae, diversae, incredibiles, ac divinae virtutes nullam rem esse declarant ad bene, fortiter, faeliciterque imperandum necessariam, quam in hoc faelicissimo et beatissimo principe Deus quam cumulatissime et liberalissime non posuerit. Is est Princeps, Illustrissimi et spectabiles domini, qui in avita et catholica religione aeducatus ^{d)} tanta tamen sit moderatione et iustitia, tanto etiam rerum usu, tamque varia cognitione instructus et ornatus, ut in religione dissidentes distractasque hominum sententias componat unus omnium optime, sitque libertatis et pacis praecipuus suasor et auctor. Is est princeps, qui sub iis legibus, quae ab omni barbarie maxime alienae sunt, in Gallia humanitatis ornatissimo domicilio institutus et edoctus, politissimis et facilimis moribus suis, summa cum omnium laude et admiratione vixit et semper enituit. Itaque cum sint etiam lectissimi et dulcissimi mores vestri, et sapientissimis legibus utamini, facile fuerit ingeniosissimo et eruditissimo Principi, ac vestri studiosissimo et cupidissimo ad instituta vestra quam proxime se comparare. Is est princeps in quo bellandi tanta est virtus, quanta in summo atque perfecto imperatore quaerenda est, eximia belli scientia singularis animus, praeclarissima authoritas, egregia fortuna; quantas ille res gessit, quot pugnas commisit, quot proelia confecit! Et quisquam igitur dubitavit, quin adiacentem quodammodo gloriam vestram excitandam, et vestram illam pristinam virtutem revocandam, ad omnia denique vestra bella conficienda, divino quodam consilio natus, et vobis oblatum esse videatur; cuius hac aetate res gestae pares, quod in orbe terrarum clarius nomen! Et tamen is est Princeps, sub quo in summa pace si eam expectatis cum vicinis principibus tutissime vivere possitis, sive enim ipsum per se, sive nobilissimum Regnum Galliae spectetis, nulla sunt illi cum finitimis vobis nationibus dissidia, controversiae nullae, odia nulla. At ut nulli sunt illi hostes, sic etiam cum tot tantisque principibus sanguinis amicitiae, et foederum arctissimis vinculis ita est coniunctissimus, ut tanto facilius eorum copiis et auxiliis adiutus vos sit conservaturus, quod nomine et rumore suo vos defenderet. Iam olim profecto de Gallis praeclarissime mihi visi sunt Poloni sensisse, iisque fuisse amicissimi ac Polonis (mihi credite) Galli praecipue delectati sunt, eosque prae caeteris nescio qua morum similitudine et affinitate dilexerunt et coluerunt; quod si novo et singulari hoc beneficio coniungantur et confirmentur, iam fiet, ut inter nobilissimas gentes perpetuae pacis et sanctissimi hospitii iura concilientur, et tanquam charissimi a Polonis in posterum Galli desiderantur et amentur, vicissimque Galli erga Polonos singulariter afficiantur, Polonici

hostes a Gallis sui esse dicantur, et eos ad omnia auxilia promptissimos et paratissimos Poloni experiantur. Porro de angusto aut exausto aliquo principe, vobiscum Illustrissimi Reverendissimi et spectabiles domini non agitur qui ad Gallos vestris hominibus debitos merito honores, publicasque functiones ac etiam opes vestras defferat, quibus praestita a nobilitate Gallica, sibi officio compenset, nam cum sit firmissimis opibus, et amplissimis provinciis, et ducatibus, qui auctissimis beneficiis, honoratissimis officiis, opulentissimis pensionibus, ditissimis redditibus refertissimi et plenissimi maximos certissimosque illi annuos proventus referunt, munitissimus et locupletissimus princeps, non solum suis amplissime satisfaciet sed etiam vestros qui Gallia delectabuntur, et honorificentissime excipiet, et liberalissime hornabit ^{d)}. Nec est is etiam Illustrissimus Dux Andegavensis, qui viribus aut copiis suis tumens et ferox in libertatem, leges, iuraque vestra erumpat, et maiorum instituta, patriosque mores oppugnet. Is est enim cur ^{e)} quam quos in manibus vestris tenueritis, et qui fidem, et in iis constantiam, coram dignitatis aut auctoritatis regiaeque suae Maiestatis (si ad hanc pro beneficio pervenerit) fundamenta et vincula firmissima constituet; cui tamen nunquam si de florentissimo Regno vestro eiusque iniunctis finibus conservandis agatur, amicissimi coniunctissimique regis caeterique principes sint defuturi. Atque huic sane dum amplior disserendi et mihi ac Christianissimo Rege mandata, et ab Illustrissimo Principe duce Andegavensi commissa, vobis exponendi detur occasio, paulo accuratius a vobis Illustrissimi, Reverendissimi, spectabiles et Magnifici domini intelligi et pro eorum dignitate et vestra spectatissima prudentia aestimare maxime desideravi. Sunt enim plaeraque alia multa praecipue amplissima et gravissima capita, quae latius persequi, nec epistolae huius, nec fortasse temporis vestri ratio patitur. Illud tamen opto venire vobis in mentem, quod omnium verissimum est, nec si a vobis sanctissimus Princeps in Regem eligatur, ullum damnum, incommodum ullum, defensionem aut diminutionem ullam, nobilissimo Poloniae Regno vos videant videre aut expectare debere, quin imo cum sit is orbis Christiani clarissimum lumen, cum in illo faelici, forti, iusto, clemente, magnanimo, largo, benefico et liberali Principe omnes eluceant virtutes, multa ad dignitatem vestram ornamenta, et ad stabilitatem praesidia iam vos operare oportere. Caeterum cum mihi etiam ad Serenissimam optimi nuper principis vestri sororem datae sint mihi a Christianissimo Rege literae et quae illi referam mandata plaeraque, etsi locus quo me contineam praescriptus a vobis fuerit, tamen ne fraudi mihi fuerit nobilissimam et illustrissimam Principem salutare et mihi commendata exponere velitis iubeatis. Illustrissimi, Reverendissimi, Spectabiles et Generosi Domini valete. Deus Optimus Maximus gravissimis et difficilimis deliberationibus et consiliis vestris per Iesum Christum aeternum Dominum nostrum Spiritu suo sanctissimo praesit, vosque Illustrissimi, Reverendissimi, Spectabiles, Magnifici, Generosi Domini Reipublicae Christianae feliciter natos diutissime conservet.

Vobis Illustrissimis. Vide supra.

a) recte: Varsaviam

b) recte: Gratianopolitano (Grenoble).

c) in ms.: a Sertore

d) sic in ms.

e) hic 5 vel 6 verba deficiunt propter lacerationem chartae

*Albertus Fridericus dux Prussiae
ad Sigismundum Kirstendorffum et Melchiorem a Diebes;
eos ad senatum Poloniae mittit; se principem esse Regni Poloniae, con-
siliarium iuratum, ac vassallum affirmat; ius ad suffragium in elec-
tione regis sibi vindicare committit.*

(Lat. Exemplar.)

A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 5.

Cum nos Albertus Federicus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis ac in Prussia etc. Dux, asserendorum virium ac privilegiorum nostrorum causa, denuo inter nuncios nostros ad praecipuos Regni Poloniae proceres ablegare hoc interregni tempore plane necesse habeamus, eamque ad rem nobiles ac generosos consiliarios ac servitores nostros fideles, nobis dilectos Sigismundum Kirstendorffium et Melchiorem a Diebes ita delegerimus, ut divisim per se hanc legationem obeant, formulam porro certam, quam in proponendis negociis nostris sequantur, ipsis praescribendum esse duximus. Admittentur legati nostri quisque pro se, ante omnia pro virili ut et subitis et compendiosis itineribus ad eos Regni proceres contendant, ad quos literae cuique (quas fidei vocant) datae sunt. His illis quorum nominibus inscriptae sunt reditis, ipsisque proceribus pro ut se uniuscuiusque conveniendi facultas obtulerit, decenter salutatis, ac comprecatione diuturnae incolumitatis, secundorumque successuum ex cuiusque statu et vitae dignitate facta, in hanc sententiam verbis quemque nostris alloquentur.

Cum nuper ad conventum Warsoviensem modo praeteritum legatos nostros mitteremus, qui ius nostrum, quod in omnibus committis, consiliis, terrarumque conventibus veluti princeps, regni consiliarius non potremus, ex apertissima pactorum regibus, ac regno Poloniae, cum ducibus Prussiae intercedentium, et sacrosancta iurisiurandi fide, utrimque ad perpetuam durationem firmatorum dispositione, minime obscurum vel dubium habemus, evidentibus rationibus atque argumentis perdocerent atque astruerent, spem plane certam animo nos concepisse, fore tandem ut amplissimi regni senatores, domini, amici, ac fratres nostri colendi, singulariterque nobis dilecti, tam illustribus maximeque perspicuis documentis locum non gravati darent, iisque haud difficulter acquiescerent, atque iuribus nos omnino nostris et privilegiis ac libertatibus, uti frui benevole ac amice permitterent. Verum enimvero spe nostra tam certa tamquam firma utpote non temere neque sine ratione concepta frustratos nos fuisse, exitum ipsum uti iusta, ita non levi indignatione nostra, admiratione certe animi perturbatione summa comprobasse. Responsum enim legatis nostris datum fuisse communi regni Senatus nomine parum aequum ac conveniens iuribus, privilegiisque nostris, et inprimis ipsis pactis, quae perpetua esse, et in omnibus articulis, ac clausulis suis, salva, integra, inviolataque praestari, pro tranquillitate ac salute publica, hac praesertim periculosissima tempestate maxime debeant, ex diametro (quod dici solet) repugnare; quod quidem, cum a Reverendissimo Domino Archiepiscopo Regni Primate, plerisque caeterorum Senatorum iam profectis conventu-

que propemodum dissoluto, legatis nostris fere invitis datum, et ab ipsis non nisi cum publica et solemnī testificatione coram ipso domino Archiepiscopo, eiusque Reverendissimae Paternitatis servitoribus ac caeteris qui adfuerint facta, quod id iuribus, aut privilegiis nostris derogare aut praeiudicare nihil deberet, sit acceptum; facere nos nequaquam potuisse, quin denuo ante electionis committum dimissis ad praecipuos Regni proceres internuntiis, non quidem tam ius nostrum, cum per se manifestissimum, tum antea satis superque multis argumentis assertum (quod supervacaneum id potius quam necessarium videri non immerito posset) docere pergeremus, quam obiectiones quasdam, quibus et senatores regni in responso suo publico proximo, ad evertenda iura nostra usi sint, dilueremus. Et hoc ipsum alterutrum certe horum effectum iri, minime nos diffidere, vel ut nostri in hoc solemnissimo electionis, et caeteris omnibus conventibus tanquam principis regni, consilarii ex pactis et statutis Regni aequa habeatur ratio, nosque ab electione novi regis, ad nos adeo magis etiam, quam ad ullum alium Regni vassallum pertinente, minime per summum contemptum excludamur; vel ut, si hoc praeter ius et aequum usu veniat, non solum ipsi proceres Regni, sed omnes homines intelligant, iniuriam nobis fieri neutiquam tollerabilem; ideoque tanto facilius nos habeant excusatos, si eas conservandorum iurium et privilegiorum rationes ineamus, quae neque a pactis vel fide nostra alienae sint, neque quae sitae a nobis vel ultro susceptae, ac etiam tam divino quam humano iure permissae; quam praeter voluntatem nostram, nobis invitis, ac diu multumque reluctantibus iniunctae et impositae esse omnibus aequae iudicantibus iure videri queant.

His praefatis ad rem ipsam accedent, dicentque responsum Warssoviensem proximum iis potissimum niti argumentis.

Primum est quod ex defunctorum novissimorum Poloniae regum, sanctissimae mentionis Domini Sigismundi Patris, et Sigismundi Augusti filii responsis, cum desideratissimo olim parenti nostro, cum nobis ipsis, hoc in negotio datis, manifeste ostendi possit, certas in huius negotii tractatione causas, quamobrem neque Beato Domino, parenti nostro, neque nobis hac in re mos geri potuerit, ampliter fuisse deductas, in quibus et huius temporis Senato res Regni recte se acquiescere posse existimare videntur.

Secundum vero si nobis huiusmodi responsis fuisset praeiudicatum, aut gravaminis aliquid allatum, liberum nobis fuisset parum curiae remedio pactis mutuo concesso in huius causae disceptatione uti, quae quidem res quod ad tempus hoc interregni omnium incommodissimum, reservata a nobis sit, et quod negocium hoc vetus ac plane sopitum in disputationem denuo nunc revocentur, in summam Regni Senatuum adducat admirationem. Permissa tamen nobis si isto responso nobis non satisfaceret in electionis committio ad diem V aprilis proxime in dicto negotii nostri urgendi facultate, eaque in re totus Regni Senatus, suam nobis, quod grato sane animo accipimus, operam et studium prolixè pollicentur.

Ab hac vero responsi summaria repetitione, qua possunt ac par est modestia ac industria inferrent, non tam quid responsum superioribus annis sit, sed quo iure et ex quibus fundamentis sit responsum considerandum ac despiciendum esse. Etenim quod in responso Domini Sigismundi Regis Cracoviae mense januarii anno 1532 dato, cautum et observatum esse omni tempore dicitur, ne quis alius excellentioris ordinis praeter consiliarios Regni ius eligendi regis haberet, adeo ut duces Massoviae

vetustissimi generis, ut denique et filii regis, domini naturales regni post obitum patris, neque locum, neque vocem eligendi regis habere potuerint, atque ne magistratus etiam Prussiae, quidem qui homagia regibus, regnoque Poloniae praestiterint, non solum ut principes, sed etiam ut consilarii Regni, qui pari modo locum in Senatu suum habuerint, electionis ius obtinere potuisse; quod quidem argumentum ut eorum omnium, quae olim adversus Domini parentis nostri charissimi et nostra quoque iura et privilegia, conquisita undique sunt, et adhuc hodie conquiruntur firmissimum validissimumque esse videatur. Ita prorsus nihil ad probandum id, cuius causa producitur, habere efficaciae; enim vero responsum quidem ipsum secum quodam modo pugnare, sibi que ipsi contradicere, ideoque magis pro nobis, quam contra nos facere. Affirmare enim illud nullos excellentioris gradus, quam sint Regni consilarii, antiqua consuetudine ad electionem fuisse admissos, concedit ergo hoc ipsum responsum neminem, quem regni consilarii appellatio complectatur, a iure et facultate eligendi regis ullo modo excludi posse. Ex quo sequitur evidentissima ratione, nobis quoque tam locum, quam suffragium in electione regis deberi, et tanto magis quanto digniorem nobis locum inter amplissimi regni senatores, in omnibus comitiis concessibus, terrarumque conventibus pacta perpetua, sacramento mutuo firmata et sancita ^{c)} attribuunt, primum scilicet et proximum a Maiestate regia; neque vero hoc fraudi aut damno nobis esse debere, quod maior nostra, quam fortasse aliorum regni consiliorum, natalium sit claritas, et quod cum duobus defunctis proximis regibus summa nobis sanguinis intercesserit necessitas, cum nihilominus tamen regni simus vassallus et consiliarius, alias eadem ratione ipse dominus archiepiscopus et caeteri praecipui Regni consilarii dignitate caeteros anteentes tam ab electionis, quam caeteris comitiis excludi possent.

Sed neminem unquam liberum hominem Regni Poloniae clientem et civem nedum principem regni consiliarium a conventibus regum praesertim creandorum causa indictis prohibitum fuisse, hiisce probationibus tam ex antiquis, quam recentibus Regni privilegiis et iuribus desumptis legati convincent; nam ex privilegio Lithuanico Vilnae, anno Christi millesimo quadringentesimo et primo dato clarum est, et disertis verbis demonstrari potest, quod omnes Praelati, principes, barones et nobiles terrigenarum Regni Poloniae ^{a)} in regem et dominum sibi assumpserunt. Idem patet etiam ex privilegio lituanico tempore Vitoldi anno 1413 edito, in quo expresse cavetur, ne principes, praelati, barones, nobiles et tota communitas terrarum Regni Poloniae, sibi regem et dominum eligant, sine scitu et consilio Vetoldi ^{b)} Principis Lituani, et aliorum Lithuaniae procerum. Deinde in privilegio Vladislai Petricoviae dato anno 1438 apertis verbis continetur quod praelati, comites, barones, milites, proceres, nobiles burgenses, caeterique subditi et incolae regni omnes communi consensu elegerint Vladislaum tertium. Idem repetitur in privilegio Casimiri Petricoviae, anno 1470 promulgato. Dicit deinde Alexandri Regis privilegium terrae Sandomiriensi concessum disserte, quod principes spirituales, et seculares, caeterique praelati, barones, et regnicolae omnes liberae electionis iure unanimiter elegerint Alexandrum. Testatur ad haec privilegium Domini Sigismundi coronationis tempore Cracoviae, datum anno 1507. Gloriarum ipsum Sigismundum diadema regum capiti suo esse impositum omnium praelatorum et procerum regni, imo vero totius senatus, nobilitatis, et populi consensu ^{c)}. Idem Rex alio privilegio Cracoviae, anno 1530, scripto morem antiquum fuisse testatur, ut regno vacante domini

consiliarii status utriusque, capto invicem mutuo consilio, conventum electionis generalem constituent, illisque omnibus membris et ordinibus Regni denuncient, ut unusquisque qui vellet, illuc venire possit. Confirmat idem Sigismundus hoc ipsum alio quoque privilegio Petricoviae dato anno 1538, constituens nimirum, ut secundum veterum morem et statuta Regni comitia generalia Regni edicantur, ad novum regem eligendum, fiatque electio regis libera, ita ut ex omnium Regni, senatorum, consiliariorumque, praelatorum, baronum, militum, nobilium, quicumque in iis comitiis interfuerint, consensu et voluntate, novus rex eligatur. Sancit ^{c)} hoc ipsum postremo loco etiam Sigismundus Augustus in Patricoviensi ^{d)} privilegio suo, anno 1550 dato, ubi clare dicitur, quod in regem coronari nemo debeat donec prius ab omnibus ordinibus Regni iuxta privilegia Regni Poloniae a regibus data, electus fuerit. Ex iis igitur quando luce meridiana clarius sit, cautum tot privilegiis esse, ne quisquam eorum ab electione Regis arceatur, quod regnum Poloniae, quocumque modo pertineat, et membrorum seu subditorum regni nomine saltem, comprehendatur, cuiuscumque ille conditionis aut status existat; sequitur profecto, citra omnem contradictionem nos, minime omnium, qui certe Regni Poloniae sumus non postremum membrum, et juramento astricti, praeterea etiam consiliarius, cui in pactis mutuo initis certus in omnibus comitiis, consiliis, ac terrarum conventibus locus assignatur. Ab eiusmodi solemnissimo generalissimoque consilio et actu eligendi novi regis excludi recte posse nisi nos Regni principem consiliarium, membrum et subditum esse aliquis velit negare, aut fortasse aliquid minus etiam quam horum quisquam sit, asseverare. Hoc autem qui faciat, ille simul nos cum ditioe nostra universa iureiurando, qua regno Poloniae sumus devincti, et omni subiectione exolvat, ac iuris plane proprii constituat, quod amplissimum Regni Senatui facere velle nobis persuaderi non possumus. Quod de principibus Masoviae ac regum filiis ad electionem nunquam admissis in eodem responso dicitur, id pariter praeter rationem fuit adductum. Historiae enim Polonicae, quod suo loco et tempore sumus ostensuri, diversum testantur. De Masoviae quidem ducibus hoc in presentiarum silentio praetereundum esse non putavimus, fuisse illos in comitiis, in quibus de eligendo novo rege fuit actum; testatur enim hoc recens illud exemplum, (ut vetera omittantur) quando Joannes Albertus, Casimiri ultimi filius, et nuper defuncti regis patruus, Rex creatus fuit, tum enim Joannes Masoviae dux una cum fratre Conrado ad comitia cum mille equitibus venisse, et cum Sbigneo Oleschnico ^{e)}, Archiepiscopo Gnesnensi fixis in patenti campo tentoriis stetisse dicitur, quemadmodum hoc veterum monumentis traditum est; sed neque de Magistris Prussiae, quod adducitur vim habere ullam potest, cum inter reges Regnumque Poloniae atque ipsos non eadem pacta, quae nobiscum intervenerunt, ac vix quisquam superiorum magistrorum Prussiae donec rex eligendus fuerit, in fide erga regnum persistit; eiusdem generis illud quod est, quod ibidem asseveratur, ne in Germania quidem ubi leges vigeant Caesareae ius eligendi Caesaris omnes principes habere. Alia enim Imperatoris Romani, alia regis Poloniae eligendi ratio est. Aliter imperatorem imperii, aliter regem regni leges creandum esse praescribunt. Electio quidem imperatoris libera quoque, sed astricta suis legibus in quibus summam obtinent ipsi septem viri, qui duces et electores vocantur. Regis vero Poloniae longe liberrima est electio, et fit ex antiquis et recentibus Regni privilegiis, ab omnibus summis pariter, et infimis consiliariis, nemine prorsus excluso, imo vero ab omnibus nobilibus in-

colis et subditis Regni, quos paulo ante evidenter est demonstratum; non igitur exemplis sed legibus hac in re iudicandum est. Hoc responso bonis ac validissimis rationibus, refutato illud quod ex legatione eiusdem dicti Sigismundi regis ad defunctum dominum parentem nostrum, anno 1532 missa, adductum est; per se etiam concidit, nihil enim illud continet, quam quod cuiquam principi in regno unquam eligendo Regis ius datum concessumque esse negat, contrariumque iam satis superque ex ipsis privilegiis regni est ostensum. Nec illud quod principes removendos esse ab actu electionis ostenditur ullis monumentis novorum, aut veterum documentorum demonstrari potest.

Progrediantur itaque legati huic ad responsum parenti olim nostro datum anno 1533. Verum nec in hoc quicquam quod superius non satis sit expugnatum reperitur praeter hanc cavillationem ad evertenda pacta parum dextri forte, a scriba sophistices magis quam rectae ratiocinationis studioso excogitatum, pacta ducibus Prussiae primum et proximum locum, apud Maiestatem regiam in publicis conventibus, et comitiis tribuunt. In electionis comitio Rex nullus est praesens, penes quem duces Prussiae proximi assidere possint. Igitur ducibus Prussiae in comitiis electionis causa institutis nullus locus competit. Haec cavillatio adeo nullius est momenti, ut se ipsam evertat et eludat, nam si ea adversus ducem Prussiae valere deberet, valeret certe et hoc omnes ecclesiastici Regni senatores in comitiis et conventibus publicis dextrum regis latus iuxta statuta claudere debent. Sed in electionis comitio nullus Rex assidet, cuius latus claudant, ergo nemo ecclesiasticorum senatorum electionis regis in eiusmodi comitio debet aut potest interesse. Haec si ecclesiasticis senatoribus absurda ut revera sunt videbuntur. Cogitent sane omnes non minus absurde illam ipsam cavillationem verborum, adversus iura, et privilegia nostra usurpari.

Nunc vero ista obiectio sese diluendam nobis offert, quod si in talibus responsis aliqui praeiudicii aut gravaminis iuris nostri, vel dilectus dominus parens noster vel nosmetipsos agnovissemus, quare remedio in pactis monstrato, parium videlicet curae iudicio in disceptatione huius causae usi non simus. Ad hanc legati nostri respondebunt, ea et beatum dominum parentem nostrum, et nos ipsos quoque erga pientissimos Poloniae reges, arctissima sanguinis necessitudine nobis devinctos, semper extitisse observantia, ut etiam manifestorum iurium ac privilegiorum nostrorum conservationem, ipsorum potius benevolentia bonaque gratia, quam disceptatione aliqua iudiciaria obtinendam esse; peculiari ^{f)} quodam nostrae erga ipsos testificandi voluntatis ac subiectionis instituto, existimaverimus. Neque enim prorsus obscurum est cum Maiestas regia nuper ex hac vita sublata est, vitalibus adhuc auris fruente omnibus ferme comitiis Regni inter caeteras controversias etiam sessionis negocium, subinde urgeretur, semper sana nobis spe facta negotii ex sententia, conficiendi ab uno conventu ad aliam causam fuisse reiectam, nec causam quidem ullam satis iustam praeditam, cur ad parium curiae iudicium exemplo novo importuno provocaretur. Non vero arbitramur modestiam hanc nostram in ullius hominis reprehensionem incurrere merito posse, sed laudem potius, quam vituperationem mereri debere; quod vero nunc apud proceres regni amicos et fratres nostros nobis colendos, singulariterque dilectos, etiam sine intermissione, quanto par est, studio causam hanc agamus, id nobis tanto magis putavimus licere, quanto causae nostrae aequitas cunctis hominibus est notior.

Et quod de ipsis tanquam amicis ac fratribus nostris omnem benevolentiam animique propensionem vobis polliceamur, unde sane accidit, ut ipsos hoc conservandorum iurium ac privilegiorum nostrorum studium, ac propositum nostrum, non alienissimo sed convenientissimo sane tempore, quo omnibus Regni incoles ^{f)} eadem conservandorum iurium suorum cura maxime incumbit, susceptum, omnibus potius humanitatis officiis adiuturos, quam vel sinistre accepturos, aut etiam vitio nobis duros esse plane nobis habeamus perspicuum.

Audimus praeterea nonnullos etiam aliis quibusdam ad invertenda iura nostra uti obiectionibus, quas quidem etiam paucis refferendas esse censemus. Eiusmodi autem et hoc fuit, quod nullum in electionis nobis conventu locum, nullumque suffragium arrogare ideo possemus, quod in pactis unde ius nostrum esse dependeret, nulla electionis fieret mentio. Ad hoc recte responderetur peculiari electionis mentione opus minime fuisse, siquidem nulla differentia in statutis iuribus et privilegiis Regni inter consiliarios, qui aliis conventibus Regni, et electionis comitio interesse dicunt, constituitur. Haec enim generaliter hoc sanciri, ut Dux Prussiae Regni conventibus et consiliis omnibus intersit. Tribuunt autem pacta ducibus Prussiae in omnibus Regni comitiis, locum sine ulla exceptione, tanquam principi Regni consiliario non postremo. Non igitur illos ab electionis conventu excludunt, qui omnium esse solet generalissimus, et ad quem admittere non solum Regni consiliarios omnes, sed etiam unumquemque ex nobilibus et civibus oportet, qui modo subditi Regni appellatione contineatur.

Quidam etiam malignam hanc interpretationem clarissimis pactorum verbis affingunt, ut tum duces Prussiae locum in comitiis et Regni conventibus publicis habere dicant, quando nimirum vocentur. Nullo autem hanc interpretationem a pactorum verbis et sententia alienissimam et conficta additione verborum restrictam niti fundamento, nemo non potest intelligere. Hoc certe rectius inde deducetur: cum ex pactis duci Prussiae in omnibus Regni comitiis locus suus debeatur, Ducem Prussiae vigere ^{f)} pactorum ad omnia Regni comitia tamquam Principem Regni membrum et consiliarium necessario debere vocari. Hanc autem verborum (quando vocabitur) additionem, in ipso contextu non contineri ipso originali potest ostendi, cui etiam exemplum inter caetera Regni Poloniae privilegia et statuta typis evulgatum testimonium perhibent.

Obiectum praeterea et hoc fuit; ideo nobis locum in comitiis ac regum praesertim electionibus, concedi minime debere quod rationae ^{f)} simultaneae investiturae feudorum franconici et marchitici Imperii Romani quoque essemus clientela; nonnulli etiam addidisse dicuntur eos qui eiusmodi Principes consiliis Regni publicis adhibendos esse sentiant reipublicae ac patriae non recte consulere; quod non tam obiectionis alicuius, quam gravissimae etiam criminationis vicem obtinet. Nullo enim iuramento Imperio Romano obstricti sumus, nec aliud ius in marchiticis feudis Imperii habemus, quam quod charissimus olim parens noster caeterique agniti marchiones brandenburgenses ^{f)}, qui etiam beneficiarii Regni Poloniae Principes simul cum parente nostro ex formula pactorum facti sunt, habuerunt. Quod quidem, ut post posita omni controversia re ipsa etiam ab Imperio Romano obtineremus a Regia Maiestate nuper adeo pie defuncta, et ope et opera maxime adiuti sumus. Si ^{g)} quis autem parentem nostrum non servatae regibus, ac Regno Poloniae fidei arguet; num alieni quicquam a debito subiectionis officio commisisse illum dicet?

Quis porro tam vessanus esse volet, ut regem defunctum accuset, quod eiusmodi ille res iuverit, ac pro virili promoverit, quam clientes et vassallos Regni, in fide iurata persistere non sinant, quae a debita fidelitate illos abstrahant. Sed leviora sunt haec, quam ut aliqua dilutione indigeant, potest enim quis a pluribus dominis obtinere beneficia et nihilominus fidem unicuique suam integram praestare, id quod etiam Maiestatem regiam defunctam et totum Regni Senatum optime intellexisse; inde constare potest, quod non ita pridem antea ducem electorem Brandenburgensem, et ipsum defunctum, eiusque haeredes Feudi masculos in electoratus dignitate ipsi successuros, quod profecto factum non fuisset, si electorem Imperii Romani non simul frui beneficiis Imperii ac etiam Regno Poloniae integram fidem praestare posse persuasum, cum Rex tum Senatus non habuisset.

Unicum ad huc quod legatis nostris oppositum fuit diluendum nobis restat, quamvis id efficaciam ad imminuenda iura et privilegia nostra prorsus habere videntur nullam onerum enim inaequalitas, ab aliquibus nobis opponitur, quo hoc convincere, quamvis frustra conantur, cum non eadem cum ordinibus ac consiliariis Regni feramus opera eodem etiam in publicis conventibus ferendi suffragiis beneficio frui nobis non licere, quasi vero hoc ius nostrum ex oneribus potius et obsequiis nostris, quam ex dilucida pactorum dispositione, quibus prorsus in haerescere constitutum dependeat. Ea quidem quae pacta nobis imponunt, ferimus onera ea etiam beneficia et iura quae illa ipsa quoque pacta nobis concedunt urgemus, quae profecto salva pactorum autoritate iure nobis ullo eripi, aud^{f)} denegari non possunt; fatemur quidem no^{f)} levem onerum esse inaequalitatem hanc, sed quae nos magis premit quam ullum alium Regni Principem vel ordinem. Sed haec attingenda potius ac perstringenda brevibus, quam prolixius deducenda esse videntur, ob eam quam diximus causam, quod iura ac privilegia nostra ipsis pactis tantum atque iis, quae in illis exprimuntur, praeterea nullis oneribus imitantur.

Ex iis igitur omnibus cum satis sit liquidum, nos per eas quae adductae fuerunt, et a nobis iam satis confutatae sunt obiectiones a comitiis electionis caeterisque omnibus, quibus interesse velimus, non magis excludi posse, quam ullum alium principem consiliarium vel subditum Regni, uti praeter manifestissimam pactorum dispositionem, ex ipsis etiam tam antiquis quam recentibus Regni privilegiis evidenter est ostensum. Idcirco legati nostri, quisquis pro se omnes et singulos Regni proceres, quorum convenendorum ipsis potestas fuerit facta, sedulo rogabunt et obtestabuntur, ne nos a futura novi regis electione cum manifesta violatione pactorum contemptim excludi patiantur, sed in hanc maxime curam incumbant, ac summo studio nos adiuvent, ut iura et immunitates nostrae inviolatae ac illesae nobis conserventur, nos vicissim hoc officii unicuique ipsorum promptissima voluntate, libentissimoque animo esse praestituros. Cogitare enim omnes bonos posse, maxime futurum esse iniquum hoc tempore quo omnes Regni status ordines ac subditi, non de conservandis ac confirmandis tantum sed etiam de augendis ac amplificandis iuribus immunitatibus ac privilegiis suis consultant nostra nobis privilegia ac iura non solum non amplificari, verum insuper etiam im-

minui ac everti; verum eo plane cunctos in nos animo fore iudicamus, ut nihil nobis fieri velint, quod idem sibi avenire nolint, quod quidem a Christo Deo salubriter omnibus mortalibus est praeceptum.

Si autem (quod absit) aliter res cadat et pacta hoc modo labefactari atque infringi, iuraque ac privilegia nostra tum licenter impugnari ac everti pergantur, necessario nobis ad principes agnatos nostros, quibus cum causa nobis haec communis est confugiendum, eorumque consilium ac opem nobis requirendam esse. Non autem putare nos eius rei necessitatem nobis iri impositum, praesertim si paulo altius ac diligentius ex superiorum temporum annalibus expenderint, quanta incommoda huiusmodi contemptio, atque ab electione exclusio, inclito regno Poloniae pepererit; nullam enim aliam ob causam terrae Sylesiae, Marchiae, Pomeraniaeque ditiones Regum Regnique Poloniae esse desierunt, quam quod earum principes in regum electionibus sunt praeteriti. Nos quidem qui ab officio fidelis ac iurati principis quia a pactis mutuis quo ad illa etiam a regibus Regnoque Poloniae servantur, alieni admittere nihil velimus; hoc tamen Regni proceres non velle ignorare, eam electionem quae nobis veluti principe et regni consiliario non postremo exclusis, contra vetera ac recentia Regni privilegia esse, tum ipsa quoque pacta mutua inter reges, regnumque Poloniae, ac ipsos Prussiae duces existentia, ac sacramenti religione utrimque sancita, suscepta fuerit, tanquam illegitimum nec rite secundum iura ac privilegia Regni facta, minime esse approbaturus; cui quidem dissentioni ac voluntatum distractioni ne senatores Regni causam ullam praebeant, imprimis ipsorum esse officii.

Petent autem legati nostri imprimis, ut in futuro comitio haec velint efficere, ut negotium hoc nostrum omnium primum suscipiatur et expediatur, antequam vel ad electionem vel reliquos tractatus descendatur: ne fortassis post electionem reiectum, iis quas diximus rebus occasionem praebeat.

Post haec legati nostri subiungent ab Illustrissimo Curlandiae duce tristi certe nuntio ad nos perscriptum esse Moschorum Ducem in Livonia terras tanta vi irrupisse, ut omnino verendum esse videatur, nisi quam primum illi iustis copiis occurratur, atque tam domini, proceres Regni Poloniae, quam Magni Ducatus Lithuaniae, adversus immanissimum hostem vires suas coniungant ac adversus barbarum citra moram contendant, ne ille rerum per totam Livoniam potiatur ac deinde de finitimis quoque regionibus in potestatem suam redigendis, pro inexplebili sua preferendi Imperii cupiditate, cogitet. Rogate ^{h)} igitur vos per communem Christiani orbis salutem magnopere, ut mature eas rationes velint suscipere, quas periculum praesens et necessitas summa ab ipsis exigat; ut autem facilius ad hoc praestandum promoveantur, ea quae a duce Curlandiae nobis perscripta sunt, ipsis communicentur.

a) *in ms.* hic verbum aliquid deesse videtur.

b) *recte*: Vitoldi

c) *in ms.* concensu

d) *recte*: Petricoviensi

e) *recte*: Oleśnicki

f) *sic in ms.*

g) *in ms.*: Lo

h) *in ms.*: rogare.

Weber
ad Adamum Dietrichstein
relatio de negotiis in electione regis Poloniae.
 (Hisp. Exemplar.)
 A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 8.

Relaçion del estado en que se hallava lo de la election del rey de Polonia a VII de Julio 1575.

Haviendo a los XXI de mayo excluydo del reyno de Polonia al rey de Françia por decreto que se publico en el Senado, y teniendo tambien por excluydos al rey de Sueçia, al Moscovita, al Vayvoda de Transilvania, al Archiduque Fernando, duque de Ferrara y Rosseberg, el emperador (sabiendo quan adelantada estava su negoçiacion y la del prinçipe Ernesto su hijo) ordeno a sus embaxadores que no se hiziesse la election sin conformidad de todas las provinçias, y para ello procurassen diferir la dieta, para que en el entretanto ganasse las voluntades de los que no les estavan afiçionados. Estando en esto se declaro toda la Lituania con la mitad de los prelados por el prinçipe Ernesto, y la Prusia, Massovia, y todos los palatinos y castellanos prinçipales de las dos Polonias con la otra mitad, de los Prelados por el emperador, juntamente con las tres partes de la nobleza que dizen el pueblo. La quarta que estava agregada a los de Cracovia y son contrarios de la casa de Austria, protestaron de no obedesçer ni reconosçer al rey que saliesse della. Visto lo qual por los que hazian la parte del emperador pidieron que se renovasse la exclusion del rey de Françia, como se hizo, con pena de traydor y muerte al que lo contradixese, y hizieron y promulgaron un aucto de interregnum; pero los Lituanos que al prinçipio de esta exclusion del rey de Françia, habian puesto algunos estorvos y dilaciones encaminadas a pedir nueva prorrogacion acordaron de apartarsse de los de Polonia protestando de no concurrir en sus dietas ni contribuçiones y de que querian elegir un gran Duque de Lituania que los governasse, y este seria el prinçipe Ernesto; y que para ello embiarian luego persona al emperador pidiendole sola una condiçion, es a saber, que los acordasse con el Moscovita pues se presumia lo podria hazer, conforme a lo que el dicho de Masovia se avia embiado a offresçer a su Magestad Cesarea. Desta division se sintieron mucho los polacos, y assi determinavan de juntarsse las Provinçias cada una por si para los XIII de julio, para dar orden de acordarsse y de convocar otra Dieta, pues aquella se avia disuelto sin hazer election. El emperador mando aprestar quinientos cavallos para juntarlos con los demas que avia metido en varguelt que por todos serian quatro mill, para que a compañasen al prinçipe Ernesto en caso que huviesse de yr a Lituania, y quedava con determinaçion de embiar embaxadores al dicho Moscovita y a los reyes de Sueçia, y Dinamarca, y a otros vezinos de Polonia para mantenerlos en su amistad, con intencion de grangear (en el entre tanto que se junta otra Dieta general) los animos de los que agora no le son propicios para que la election salga en favor suyo, o, de su hijo, como es de esperar.

Quanto a las cosas de Polonia franceses han ganado de su parte a muchos polacos, con promessas y dadivas y la misma infanta, y los que pueden algo con ella, entre los quales son algunos obispos y palatinos, dizen que les tienen buena voluntad.

Offreçen de desempeñar todos los officios y rentas reales que estan empeñadas, y tornarlas a la corona real.

De tornar a conquistar a su costa todo lo que el Moscovita ha ganado de aquella corona, para lo qual se serviran de la cavalleria polaca, y de ynfanteria de otras naçiones.

Que siendo Mos de Anjou señor de dos prinçipados, muy grandes en Françia de Anjou y de Borbon y de el estado, en que hay onze obispados, muchas abadias gobiernos y otros officios provechosos, se proveeran indiferentemente entre franceses y polacos.

Que la renta de los dichos tres estados, se gastara cada año en aquel reyno para gravar lo menos y conservar mas la dignidad real.

Que teniendo Polonia muchos y muy buenos puertos de mar en Prusia y otras partes, haran venir de Françia officiales y marineros para fabricar naos, y hazer una armada gruessa para la contratacion de Moscovia y otras partes en grande veneficio y provecho de todo aquel reyno.

Que acresçentaran el estudio y universidad de Cracovia con traer hombres muy doctos de Italia, Françia, y otras partes y entreteniendolos Mos de Anjou de suyo.

Que asi mismo entretendra cada año a su costa çinquenta cavalleros polacos, en el estudio, y otros tantos en la corte.

Que traera oficiales de todas artes y officios de diferentes partes en aquel reyno.

Que el turco les dara a Valachia, y la encorporaran en aquella corona, otorgandoles paz perpetua y ayuda contra todos los que intentaren de ofenderlos.

Preguntado el embaxador de Françia como su rey teniendo tan estrecho vinculo y obligacion con el emperador, y sabiendo que negoçiava aquel reyno para uno de sus hijos, se opponia tanto, y procurava de estorvarselo, respondió que quando su rey entendiera no concurrir otros en la pretension de Polonia tan poco se pusiera en ello, mas visto que el Moscovita, el Duque de Prusia, un hijo del tartaro, el rey de Sueçia, y el Vaivoda de Transilvania lo pretendian con mas razon, que todos, lo havia de pretender para su hermano; el qual demas de ser tan grande prinçipe y valeroso no pretendia aquel reyno por neçessidad o falta de estados que tuviesse como otros, mas solamente para tener ocasion de mostrar al mundo su valor, y para alcançar mayores victorias de los vezinos enemigos que aquel reyno tenia. Y preguntado como podria ser esto por la obligacion, que tendria al turco, el qual se havia antes de temer que por ella intentaria muchas cosas en perjuizio de aquel reyno y daño de toda la christiandad como seria pedirle passo para Alemania, o otras cosas semejantes, respondió que de esto no tuviesen miedo, por que antes con la amistad que guardava con Françia, tendria ocasion de hazer mucho bien a la christiandad desviandole de sus diseños y inclinandolo a la paz y quietud.

Y por que despues de la nueva que llevo de la muerte del almirante de Françia y de otros de la nueva religion, han quedado muchos con los

ánimos alterados contra Francia el mismo embaxador procura quanto puede de darles satisfacion de ello, haziendo del negoçio general particular con dezir que el almirante dio al rey causas forçosas para ello, y que Mos. de Anjou no tuvo parte en el negoçio, antes se havia hecho todo sin su consejo y sabiduria.

El Cardenal Comendon dizen esta mas de la parte françesa que no de la nuestra aunque segun los avisos de Roma tiene otra orden de su Sanctidad.

Don Pedro Fajardo era partido para Polonia, mas por cartas de dos de enero se entendia estar aun en Plesna ^{a)} lugar de Silesia esperando el salvoconducto y liçençia para entrar, y temen, que si para los reyes se havia de dar audienciã a los embaxadores, llegaria alla tarde.

El duque de Saxonia y marques de Brandemburg havian de embiar sus embaxadores a requisicion del emperador, mas temen que llegarian tambien tarde y quanto a Brandemburg, piensan que no esta fuera de esperança, que alguno de su casa haya de ser elegido rey de Polonia.

In dorso, manu recentiori. Alemania. Polonia. Relacion de cosas de Polonia que la embio Weber a Dietristan por mandado del Emperador.

a) recte: Pszczyna

N. 157.

S.l., [post 4.VI.1575.]

Ignotus

ignoto

relatio de actis in comitiis Poloniae 13.V. - 4.VI.1575.

(Hisp.)

A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 9.

Relacion de lo que passo en la dieta de Polonia, que se çelebro a XIII de mayo hasta 4 de junio 1575, lo qual se ha sacado de un decreto publico que salio por orden de los Senadores y cavalleros polacos para dar testimonios de sus acciones cerca del bien publico de su patria.

Que habiendo sido el rey de Polonia privado de aquel reyno por decreto publico irrevocable, los del ducado de Lituania (aviendo entendido que las cortes de Polonia se juntavan cerca de la villa de Stezicza ^{a)} para elegir un rey conforme a lo que avia sido determinado en las cortes postreras de Varsavia) reclamaron, diziendo que por no haber estado en las dichas cortes, no podian admitir el decreto publico que desprivava del reyno al rey que se fue, por que en ausencia dellos no se pudo determinar cosa que les tocasse, y que antes que se tratasse de nueva election havian de tener seguridad, como los ^{b)} polacos no tornarian a reçibir al dicho rey pero fue respondido a los de Lituania, que avian sido llamados por cartas expresas para las dichas cortes de Varsavia, segun constava por la respuesta que dieron. Y que bastava el juramento publico para la seguridad que ellos pedian a los polacos, por el qual se prometeria que cada uno

cerca de esta election preferiria el bien publico a su particular provecho, y que se procederia en ella sin cohecho alguno, y sin esperanza de bien particular. Pero por razon de la contradiccion que uvo cerca la forma deste juramento, no se hizo nada en aquella junta para entonces, y fue remitida la election del rey para los XXIII de mayo.

Que los de Lituania porfiaron despues que sin decreto de la degradacion del rey que se fue, y sin la seguridad que ellos pedian, no podian tratar desta election; pero fueles respondido que avia para que se renovasse el decreto de la degradacion suso dicha, attento que ella estava fundada en las condiciones de su election, y en las que sus embaxadores avian libremente ofrescido a las cortes de Varsovia quando le eligieron, las quales el mismo avia en Paris jurado que guardaria, de manera que ya no tenia que mandar ni veer en Polonia, donde estava ya publicado un ynterreyño. Por lo qual parescia vana la seguridad que los dichos de Lituania pedian, assi por no contravenir a lo que estava ya publicamente decretado, como tambien por no quebrantar los fueros antiguos del reyno que mandavan castigar los que usan de confederaciones en cosas publicas, espeçialmente para esta election que procuravan algunos de hazer secretamente y con la fuerça en prejuizio de todo el reyno.

Que por razon de tantas y tan diferentes opiniones cerca de esta election uvo muchos protestos de partes a otras, y por la dilacion muchos cavalleros se retiraron en sus casas, por lo qual el Obispo de Cracovia a instancia y voto de los que quedaron en la junta propuso las causas de la dilacion desta election, y tratto de las divisiones particulares entre ellos, emplazando los demas para el 2º, dia de junio siguiente, a fin de concluir esta election.

Que por no aver los de Lituania parescido en la junta aquel dia segundo de junio, los demas Senadores y cavalleros embiaronles a dezir, que se yrian, pero que algunos quedarian para resolver algunos puntos sin poder elegir un rey, por el peligro que se seguiria de confiar a pocos tal election, y que los que quedavan podrian tractar del tiempo y lugar mas convenible para esta election, y que no se avia de sufrir que estrangeros se embaraçasen della por orden de sus amos, ni sufrir hombre que legasse a semejante junta con soldados y armas, y que entonces recibiese carta particular, o, la escribiese, y para la seguridad del reyno podrian tambien tratar de reforzar los presidios y fortificar los confines y mirar por las rentas reales, y por la provision de los gobernadores y gente de guerra para resistir a los enemigos, o concertarse con ellos, y assi mismo mirar por la justicia para atajar los pleitos durante el ynterreyño.

Que aviendo los dichos Senadores y cavalleros conosciendo que los de Lituania (con pedir que esta election se remitiese para los doze de junio) no procuravan otra cosa que diferirla, considerando el daño que resultaria de hazerla sin consentimiento y aprobacion universal, salieronse de la junta dexando algunos diputados para resolver los puntos susodichos, y oyr los embaxadores estrangeros sin tratar con ellos de la election.

Que en todos los Palatinados se haria una junta para representar todo lo susodicho, a fin que nynguno osasse tratar de la dicha election, sin la junta de las cortes, que ternian por enemigos publicos los que en contrario hiziesen, conforme a la constitucion antigua del año 1382, y mandaron a todos los gobernadores y capitanes que no entregassen plaça fuerte al que no fuesse por las cortes elegido rey, ni tampoco al degradado, en caso que el quisiesse tornar al reyno.

Y para effectuar lo susodicho eligieron de cada Palatinado dos o quatro, y algunos mas de las principales personas, aviendo las cortes firmado este decreto a 4 de junio, y mandado sellar, en campaña, junto a la dicha villa de Stezicza a) 1575.

a) *recte*: Stężyca

b) *in ms.*: lo

N. 158.

Stężyca, 4.VI.1575.

*Senatus et equites Poloni congregati in Stężyca
ad caeteros senatores et equites
de electione regis.*

(Lat. Exemplar.)

A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 10.

Nos Senatus et equites infra nominati qui, hic ad oppidum Stezicza a) iuxta cautionem in convocatione Warsaviensi omnium consensu factam, convenimus, adnivadvententes magni cuique probo interesse, ut procesus eorum in bene administranda Republica plane innotescant. Nos igitur praesentibus his literis universum notum esse volumus, quod prima servata cautione ut ab illa nequidem latum unguem discendum putemus, neve regressio aliqua ad regem, quem iam diademate privatum statuimus, relicta sit. Quod quidem pro rato et fixo tenendum non dubitamus et id cuique palam esse volumus; ne quisquam nostrae auctoritati hac in re detractum velit; imo vero sedulam in hoc conferimus operam, uti per electionem novi regis suum sortiatur effectum. Primum itaque cum ad diem confoederationis assignata hic convenimus, Magnifici Domini Magni Ducatus Litvaniae antequam ad nos, per nuncios nobiscum expostulaverunt, ut illis animi nostri sententiam, scriptis aperiamus: an scilicet in hunc conventum propter alia quaequam negotia, vel propter electionem novi regis convenimus. Quorum expostulationi tam a senatoribus quam ab equitibus sic responsum est: Nos iuxta descriptam cautionem in convocatum Warsaviensem, ad quam Senatores equitesque propter electionem regis et deliberationem de rebus, quae circa electionem observari statuique solitae sunt, congregati erant, hic convenisse, non autem propter disputationes quas minus necessarias esse intelligimus; quod idem scriptis suis ad Magnificos Dominos temporis rationem habentes, satis luculenter exposuimus; nihilominus tamen disceptatio de scriptis quae a nobis exigebantur, vix una hebdomada absoluta erat. Tandem cum Magnifici Domini Magni Ducatus Litwanensis, non per nuncios, sed coram nobiscum agere coeperunt.

Duo nobis a Magnificis Dominis proponebantur. Primum est: nos volumus subesse cautioni praefatae cum omnino de hac convocatione, nihil quidquam certi scrivimus nec illi interfuerant, in absentia vero nostra nil statui potest quod ad nos pertineret. Aliud vero: si eligendus est Rex, cautione opus habemus, quomodo Magnifici Domini Regni Poloniae ad Regem, qui a nobis discessit, regressum non faciant. Ad quae proposita a Magnificis Dominis hoc responsum retulerunt: ignoratione convocationis

Magnifici Domini Magni Ducatus Litwaniae nulla ratione sese excusare possunt; quandoquidem mature a Magnificis Dominis Regni ^{aa)} Poloniae senatoribus haec convocatio publica voce testata eisque significata erat; quod etiam probe ex scriptis Magnificorum Dominorum manifestum est, quae autentice penes nos retinemus, eos exacta de praedicta convocazione habuisse notitiam sed propter gravissima pericula (quibus absentiae suae causam esse in literis dicebant) ab hoste imminetia convocationi adesse eos non potuisse, adhibita ab iisdem exceptione, ne absentibus illis Rex novus eligatur. Quod vero attinet cautione maiore et firmitate non opus esse supra hanc, qua sibi ipsis iuramento et fide publica testati sumus.

Imo vero hoc apprime necessarium fuisse perspeximus, tam ex parte Magnificorum Dominorum Magni Ducatus Litwaniae quam ex parte etiam Magnificorum Dominorum Senatorum; qui inusitata stipati caterva militum extraneae gentis, satellitum, cum bellico apparatu hic conveniant. Summo studio oratos esse voluimus Magnificos Dominos ut haec multitudo extraneae gentis satellitum, copia stipendiorum militum exercitus, sit hinc remotus; quod a quibusdam incolis Regni, tum vero maxime a Magnificis Dominis Magni Ducatus Litwaniae nobis vehementer reclamatum est; nullusque precibus nostris concedebatur locus. Quod negotium triduo illis expostulatum cum male nobis cessit, omisum est quorundam, aut ex utroque ordine data erat talis inter nos sententia: nihil magis impedire electionem nostram, praeterquam suspicionem et diffidentiam qua sibi ipsis et singuli singulis diffidere videmur.

Itaque ut hoc malum longe abesse et penitus in nobis extingui possit, iuramento id stabilire visum est, quemadmodum unusquisque, postposito suo privato comodo, non seductus muneribus, non pollicitationibus, non beneficiis aut spe aliqua, regis electionem facere debeat, sed eiusmodi qui universae Reipublicae emolumento sit futurus. A qua sententia Magnifici Domini Senatores simul et equites nil prorsus abhorrere visi sunt, cum potius ei acquiescere coeperunt. Sed postquam ad formam iuramenti ventum est, qualis esse debuerat, eidem repugnare coeptum est: quod nulla alia de causa id fieri nos considerantes, nisi propter temporis distractionem, obnixè petiimus a Magnificis Dominis Senatoribus ut diem assignare ad nominandum regem dignarentur. Conclusumque est a Magnificis Dominis 24 die Maii, quae dies iussu Magnifici Domini Marschale ^{b)} publica voce proclamata est.

Cui constitutioni Magnifici Domini, Magni Ducatus Litwaniae proceres, diversa inserere coeperunt; nimirum ea, sine cautione aliqua a nobis exhibita, qua ratione scilicet, regi iam deposito non abherebimus, neque regressionem ad eundem faciemus; et sine decreto depositionis, ad electionem accedere Magnifici Domini Magni Ducatus Litwaniae non audent. Ad quae obiecta inanissima (quibus etiam nos seiungi ab illis coacti sumus) Magnificis Dominis Magni Ducatus Litwaniae sic respondimus: quia nos nullam causam satis dignam et necessariam esse videmus, quae nos ad degradationem vel decretum denuo faciendum compellere possit, cum iam articulis in electione Warsaviensi ad lapidem per nos constitutis et ab oratoribus Regis ultro nobis porrectis conditionibus in decreto electionis descriptis, sacramento Parisiis per eum praesentibus legatis nostris confirmatis, postea et in convocazione Warsoviensi supra nominata cautione et literis ab omnibus ordinibus tam Regni Poloniae quam Magni Ducatus Litwaniae ad eum scriptis, diademate regio est privatus; nec ille amplius scepra Poloniae gestare, nobis imperare potest, nec nos ei su-

besse possumus. Et quia electionem promulgavimus atque indiximus, publice declaratum est interregnum, inde inanem esse, praecipue ex duabus rationibus, cautionem qua a nobis exigitur intelligimus. Prima ratio est: maxime repugnare famae nostrae videmus si supra datam fidem publicam, iterum nos ex sententia alicuius alia quapiam re nos ipsos obstringere debeamus. Altera est: quia hac, ut illi appellant, confirmatione (quae merito dubitatio praeteritae constitutionis appellanda sit) iuri antiquo vis infertur; cum in nostra republica, quae supra caetera regna et imperia libertate ornata et condecorata est, non modo non prohibite^{b)} sunt confederationes hominibus probis in publicis locis factae, sed etiam in illis tanquam in firmissimo fundamento decreta et executiones eorum collocatae sunt.

His disceptationibus et controversiis, minime ad hoc negotium pertinentibus, temporis iactura non mediocris facta est; cum neque rationes nostrae bene munitae, neque preces apud quosdam Magnificos Dominos senatores nil efficere potuerant, quamvis hoc non adeo certe firmeque apud nos constitutum fuerat, ut in facie Reipublicae de electione novi regis publice audire debeamus; tamen illud plane considerantes, quod omnibus hominibus in ore fuit, quosdam occultis consiliis hoc unum agere, ut pro suo arbitrio regem eligere possint, qui ex parte totius regni ruinam, et ex parte communis concordiae universae republicae periculum gravissimum nobis allaturus esset; sic dubitantes de ordinata et libera electione militum et satellitum agmine, apparatu bellico sibi consultum esse volebant.

Aliud periculum erat ne propter pecuniae expositae defectum confratres nostri discedere cogerentur, extranei vero quorum ad eligendum et nominandum regem succederent; praeterea prae oculis habentes nuncios vicinorum dominorum, quorum alii his disceptationibus et distractionibus retinebantur, nec auditionem habere potuerunt; de dolore Reipublicae deliberare coacti sumus et uno omnes ore 28 maii publice protestati sumus: si Magnifici Domini longa distractione temporis, et taediosa, imo periculosa cunctatione, diutius nos suspensos reddent, nos seiunctione facta, quo amor Patriae, quo periculorum et consiliorum ratio provocat, faciendum duximus sibi et saluti nostrae consulendum statuimus; quod fide publica singuli nobis ipsis confirmavimus. Sed non secus protestationi qua precibus evenit, cum neutrum horum apud eos habebat locum. Tandem victi modestia et patientia nostra, dolore consueto, ultima maii Magnificis Dominis nos ipsos secundo protestavimus, nihilque a nobis aliud expectare quam facultatem nominandi Regis eisdem significavimus. Si vero prorogatio longior fuerit, eam pati amplius nolumus nec possumus; sed huic discedere cogemur, absentibus vero nobis ne quidquam constituent vel faciant vel tam parvo hominum numero in absentia nostra regem eligant; quod Magnifici Domini non aliter se facturos prompto animo nobis promiserunt. Postea vero cum discedentibus equitibus numerus in dies minuebatur, caeteri quoque a communi concordia se avelli patiebantur, seorsim nos disiungere compulsi sumus die I maii. Quod cum factum est a nobis, quidam ex Magnificis Dominis senatoribus, qui in eadem sententia nobiscum sunt, ultro ad nos venerunt; quidam etiam, qui publicae paci et tranquillitati consulentes id sibi negotii dedere ut eos a proposito quod plus detrimenti quam commodi reipublicae allaturum avocare possint, inter quos Reverendissimus Dominus Episcopus Cracoviensis victus precibus equitum ad Magnificos Dominos, cum his rebus consensu omnium factis ire proposuit: ut Magnifici Domini, amputatis omnibus disputatio-

nibus supervacaneis, iuxta cautionem Warsovie factam, ad nominandum Regem cuius autoritate pax interna et externa tranquillitas retineretur, animos suos convertant. Adhibuimus declarationem supra commemoratarum rationum, quibus adducti, seiungi segregarique nos ab illis coacti sumus. Sed ad haec per Reverendissimum Dominum episcopum et per quosdam equites illorum nihil responsum est, praeterquam quod illis seiunctio nostra mirum in modum displicebat.

Illi deinceps ad eas disceptationes nos provocabant, quibus temporis prorogatio erat; prorogationem vero, sive dilationem discessus multorum ab electione sequebatur; praeterea et his a quibusdam Magnificis Dominis senatoribus addebantur quaedam: videlicet, etiamsi nos absentes fuerimus, eos velle, cum reliquis morem gerentes ^{b)} Magnificis Dominis Magni Ducatus Litvaniae, regem eligere. Quibus nos auditis, graviter dolore edicti huius commoti, elegimus e medio nostri viros clarissimos senatorii et equestris ordinis, adhuc sperantes nos aliquid commodius, vel dignius a Magnificis Dominis relatuos, ut ab eis diligentius requirant, an Magnifici Domini precibus assiduis, ad nominandum regem provocati, iuxta supra commemoratam cautionem concilio Warsoviensi velint accedere. Si autem die 2 junii, ex aequo cautioni Warsoviae facta subiacentes, ad nominandum regem non accessissent, tum confratres et equites, descriptis hisce rebus quae continent in se capita nostrae discessionis, ad Magnificos Dominos mittere volunt; Magnifici vero Domini, collatis nobiscum consiliis, aliquid de his certi constituent. Sed ad haec quaesita nihil responsum est, solummodo Magnifici Domini Ducatus Litvaniae in plurimos nondum convenisse. Interea multi ex confratribus nostris, amigentes de libera et ordinata electione, discesserunt.

Eo die scilicet 2 junii sole iam ad occasum vergente venit Reverendus Dominus Solieczy ^{b)} una cum quodam nobili Domino Litwano significantes nobis Magnificos Dominos postera die paratos fore ad respondendum, hocque unum curatuos ut iucunda et grata esse possit responso illorum. Quod dum expectavimus 3 junii pene usque ad vigesimam, animadvertentes tantam temporis dilationem equitumque omnium pene ad discendum praeparationem, misimus per quosdam ex suis ad Magnificos Dominos haec capita, volentes decernere cum Magnificis Dominis de discessione nostra et de relectione actus praesentis ad tempus aliquod certum propter causas supra expressas.

Quae sic se habent:

1. Ut sit communis omnium deliberatio, de praedicta cautione Warsoviensi quomodo effectu ipso comprobari possit, quodque ad scopum propositum nunc perducere nequivimus, certo tempore finem habeat et rex novus electus in locum depositi succedat.

2. Diligentissime cautum esse debet per Magnificos Dominos omnium nostrorum consensu adhibito, ne aliquis horum qui hic post discessum omnem pene equitum in parvo numero hominum ad hoc ipsum pertinentium regem temere eligere audeat.

3. Non minus profideri ^{b)} debet, ut facilior et expeditior aditus sit nobis ad eligendum regem tempus et locus certus statuendus atque assignandus est.

4. Occurrendum est mature impedimentis, quibus praesens electio perturbata, metam cursus sui amisit. Nullus scilicet cum exercitu extraneae gentis, nullum stipendiariis militibus septus, vel bombardis et caeteris instrumentis bellicis ad futuram electionem venire praesumat. Dis-

ceptionibus vero quibus intenti frustra operam et sumptus, quemadmodum hactenus accidit, impendimus remotis, ut omni uno eodemque consensu ad nominandum regem fiat accessio. Item nullus scripta nostra, nec legationes, nec literas ab extraneis dominis sub hoc tempore suscipere, nec ipse ad quempiam extraneorum scribere, praeterquam publice, audeat.

5. Ut autem ab omni detrimento et iactura respublica sit secunda, ad electionem futuram consilia conferenda sunt de praesidiis collocandis; et si visum fuerit Magnificis Dominis duces militum nunc describere, eisque gubernatores adiungere; quibus de causis inquisitionem de quarta esse maxime necessariam cognoscentes, providendum est ne aliquid sit ex ea diminutum, et a Masuris Podlia ^{d)}, iuxta constitutionem Lublinensem requiri debet. Eodem modo inquisitionem de proventibus regalibus non minus necessariam esse, de quibus praecipuam curam habere debet Magnificus Dominus Thesaurarius Regni, ex eisdemque provideri quantum opus fuerit serenissimae Reginae. Deliberandum quoque est de muniendis civitatibus, in primis de civitate Cracoviensi, de Knowian ^{e)}, de Kamenia ^{f)}, de Spisen ^{g)}, et aliorum civitatum et arcium in finibus hostis positarum.

6. Rem non inutilem esse ad decernendum de publico hoste et de confoederatione, ut in communi congregatione servata consuetudine, per capitaneos et castellanos duces nobis eligentes qui hosti resisterent eumque vi a finibus repellerent.

7. Id quoque per nos propositum est ut paci securitatisque internae consulatur modum praescribentes per praesentem confoederationem quomodo in omnibus terris Regni iustitia exequatur. Si contra invasores direptores et violatores processus subitaneus vel repentinus excogitari possit, et contra hos, qui constitutioni Warsaviensi vigore cautionis praefatae Warsoviensis aliquid derogarent, vel ea non recte usi fuerint. Modus quoque exhibendus est quomodo aequa ratione iudicia ordinaria in regno omnium terrarum esse debent, nihil derogando his que statuto Litvaniae subsunt eodemque iudicantur. Concedimus quoque hic campum amplissimum confratribus nostris Dominis Magnificis ad ineunda consilia de iustitia, simulque et his, qui accusant de bonis nullo iure ad mensam regalem adeptis, ut iustitiam inde referre possent. Simili modo sublationes, banitionum comissiones et tutoriae quomodo sint tractandae sub hoc tempore propter dilationis iustitiae.

8. Quia autem multos homines extraneos in hac electione esse videmus a quibusdam introductos, omnibus collatis inter se sermonibus diligenter animadvertendum est, ut domini eorum quorum opera sunt introducti eos ex nostro regno sine aliquo damno subditorum nostrorum in suas regiones ablegare curent. Si vero id aliqui frigidius et negligentius facerent contra tales statuto de queres per capitaneos animadverti debet.

Ad extremum ut magnifici domini una nobiscum procurent de iustitia, de bello, de locis senatorum praefectorum, morte vel quopiam aliquo casu vacuis, qui iuxta confederationem Warsoviensem diligenter aliis succedentibus procurari debent.

Itaque ut Magnifici Domini deliberare et constituere dignentur, cum apud omnes confratres nostros sit conclusum, huic discedere nec iam amplius morari nam propter tantam temporis distractionem, propter multitudinem extraneorum gentium et stipendiorum militum inusitatam copiam difficile id sibi polliceri debent ut libertatem electionis integram et inviolatam servari possint; cum et equitum paucitas, multi enim despe-

rantes de omnibus rebus recesserunt, id facere non permittit; singuli enim precavebant, ne electionem absentibus his, rem tanti momenti perficere audeamus. Quoniam autem a quibusdam eorum haec sententia data erat, deliberatione hac de supradictis multo plus temporis protraheretur, quam electio ipsa regis, cum commodissime citius absolvi possit.

Responsum est Magnificis Dominis quia de his rebus per deputatos, quibus commissum hoc negotium post nostrum discessum fuerit, facili re decernere possint: Electionem vero nequaquam deputatis committere possumus nec etiam volumus. Cum non modo deputatis eam committere, iuxta privilegia et libertates nostras, licet; verum etiam parvo numero equitum et senatorum de ea aliquid decernere periculosum est. Pro finali: si qui a nobis missi erant, nihil aliud inde adferebant praeterquam promissionem de responsione e medio eorum danda.

Postea vero eodem die videlicet 3 junii venerunt ad nos quidam ex Magnificis Dominis senatoribus et equitibus Regni Poloniae et Magni Ducatus Litvaniae significantes nobis quod Magnifici Domini postera die uno consensu ad nominandum regem accedere volunt, promissa tamen conditione per concessionem Magnificorum Dominorum Magni Ducatus Litvaniae, quam in scriptis nobis proponebant, describendamque concesserunt.

Quae sic se habet:

Accedimus omnes ultro ad Actum electionis, nos subiicientes poenis in confoederatione Warsaviensi descriptis ea conditione, si id bene provissum et cautum fuerit, quomodo hic, in oppido Stezicza ^{a)}, ante discessionem nostram, a futuro die dominico hoc est 5 die iunii usque ad dominicam proxime futuram hoc est 12 iunii regem eligere debemus. Articulos quoque in electione prima Warsaviensi ad lapidem constitutos, et per Henricum regem serenissimum Parisiis sacramento confirmatos, in suo robore perpetuis temporibus retinemus et retinere volumus. Hanc vero cautionem ex parte electionis supra nos extendere nequaquam potestis praeter quam ad supra nominatum tempus, nam ultra ei subesse non sumus obligati.

Quod Magnifici Domini diligentius expedentes ^{b)} rem esse in illis periculis expositam invenere, in tanta enim paucitate equitum, multitudine vero extraneorum, regem eligere nihil periculosius. Perspeximus quoque in hac declaratione de consensu Magnificorum Dominorum electionis multa pericula iminere. Primum quidem ne articulo in unione descripto contra iuramentum nostrum aliquid derogaretur: quod inde incommodum sequeretur nos de republica sine Magnificorum Dominorum approbatione nihil quidquam posse decernere, cum Magnifici Domini, etiamsi illis significatum sit per nos, in conventus ad electionem pertinentem nolint venire. Aliud vero, ne articuli et praefata cautio Warsaviae facta, quibusdam in punctis excepta tamen electione in dubium vocaretur, cum Magnifici Domini cautionem hanc et articulos Warsavienses in suis declarationibus non posse valere, ac in suo robore perpetuis temporibus eam consistere asserebant. Tertium periculum inde est: quia hac brevitate temporis quod nolint cautioni subesse, tantummodo una septimana cum aliis in rebus que sunt in praefata cautione excepta die electionis dubitationem quandam adferebant, tum etiam et huic quod de congregatione maiore equitum ad nominandum regem in tanta multitudine extraneorum constitutum erat. Itaque his praecipue de causis metuentes tam gravissima pericula, rumores enim passim spargebantur de hoste Regni quo perterriti multi recesserunt, collatis sermonibus inter se omnes consensu uno eodemque

nunciis Magnificorum Dominorum respondimus: frustra Magnifici Domini his nos involvere conantur, cum merito propter periculosissima impedimenta Regis electionem nunc non suscipimus, sed in aliud tempus reicemus.

Itaque Magnifici Domini sciant nostra discessione nihil quidquam certius esse; ne autem Magnifici Domini in discessu nostro Regem eligant solenni protestatione nos ipsos protestabimus. Nunc vero ante discessum Magnifici Domini uno omnium consensu, ne detrimentum aliquod respublica tam ex parte communis hostis quam etiam privati patiatur, bene provideant.

Tali responsione absoluta 4 iunii elegimus e medio nostri confratres nostros ut deliberent et concludant una cum illis de supra scriptis capitulis quae per nos Magnificis Dominis proposita erant, sic et de audientia nuntiorum extraneorum absolvenda, vel de expeditione nostrorum publica ubicumque, vel ad quos opus fuerit, adhibitis iustis rationibus propter quas electio effectum suum non attingit. Non secus de forma iudiciorum generali totius regni quod nobis ostendi debet in futura convocacione electionis ibique concludi. Quod si Magnifici Domini nolint indicere electionem, tum per deputatos assignari statuique debet. Qui quidem per nos electi ab unoquoque Palatinatu, infraque descripti sunt; et praeter caetera supra commemorata iidem deputati nihil aliud exequi debent, nimirum quia vel dicendo vel audiendo vota ad nominandum regem accedere non debent; cui rei si subscribere velint (quae de iis suspicio a nobis plurimum abest), nos strenuis ^b repugnamus atque ut vana reicimus. Missa quoque est a nobis Magnificis Dominis protestatio, quam etiam publice promulgatam esse volumus, ne Magnificorum Dominorum senatorum tanta paucitas, minor vero equitum a nobis disiunctorum sine consensu nostro temere electionem regis sibi usurpent; quod si secus fiat et regem eligere velint, nos ei obedientiae fidem renunciamus, nec scepra regni permitimus. Admoniti sunt etiam per nos solemniter Magnifici Domini Senatores et Equites singuli ex quolibet Palatinatu, qui ibi remanserant, ne accedere ad id audeant, vel sive subscribere quod unicuique non minus quam omnibus probis convenit, in tanta paucitate hominum ad hoc pertinentium ut regem eligant.

Rem esse pernecessariam cognovimus conventus in unoquoque Palatinatu sine mora fieri debere, ut omnes hi actus omnibus inotescant, summa quoque deliberatio et consultatio de Republica omitti non debet; cui tempus satis et idoneus feria 2 post festum sanctorum Petri et Pauli esse perspeximus. Hos vero conventus deputati assignare et promulgare debent; si aliqui reperirentur qui aliquid vi sua, absentibus nobis, efficere conarentur.

Quod ita et non secus se rem habuisse scriptis suis omnibus notum esse volumus. Id providentes si aliquis temere Regem a paucis electum praeter voluntatem vel consensum omnium introducere in Regnum voluerit: sic etiam iuxta statutum capturi in oppido Radomski factum anno 1382. Si aliquis dominorum senatorum vel nobilium huius Regni iura et privilegia nostra, in quibus omnium maxima et praecipua est libertas eligendi Regis constanter eis adherens acerrimeque defendens, cum aliquo corruptore libertatis nostrae in odium incidisset, nos ei omnibus modis, auxiliis, consiliis quoad usque facultas et possessio nostra suppeditare potuerit, ad extremum nulla ratione habita salutis non defuturos sub iuramento firmissime testamur, eumque ab omnibus eius inimicis et adversariis una cum posteris suis defendere promittimus.

Accessus ad fines Regni nostri domino cum infamia nostra a quibusdam electo denegabitur, nec ullo modo permittetur. Capitaneis qui arces Reipublicae occupant, quas non nisi regibus legitime tradere ad easque eosdem Reges recipere obligantur, sic et heredibus arcium, quas dominus a paucis electus occupare ipse per se vel aliorum consilio vel ope adiutus voluisset, nostra auxilia nostrasque vires eis ad repellendas tales invasiones semper promittimus; ratum et firmum id facientes publica fide et iuramento nos non aliter facturos. Non secus de Rege deposito, si arces ipse sponte sua vel per aliorum usus praesidio velit occupare aut ad Regnum redire sentimus. Hocque firmiter tenere supera paulo commemorata obligatione nobis ipsis pollicemur.

Et ad harum omnium rerum supra descriptarum debitam secundum necessitatem Reipublicae constitutionem exequendam providendam et conficiendam elegimus et deputavimus ex medio nostri confratres nostros, Magnificos dominos: ex Palatinatu Cracoviensi Dominos Petru ^{h)} Strzala ⁱ⁾, iudicem terrestrem Zatoriensem et Oswiezimiensem, una cum Georgio Niemsta. Ex Palatinatu Posnaniensi Dominum Andream Grudzianski ^{k)} et Laurentium Stulpski ^{l)}. Ex Palatinatu Sandomiriensi Dominum Andream Firlei de Danbrovuza ^{m)} capitaneum Sandomiriensem et Martinum Kazanowski. Ex Palatinatu Siradiensi Dominum Albertum Gorecczin ⁿ⁾ et Stanislaum Przerembsium ^{o)}. Ex Palatinatu Lanciensi Dominum Lasotium ^{p)} Dembroscium ^{q)}.

Rutenorum Dominum Alexandrum Lasez ^{r)}, capitaneum Chelmensem et Lollcieviensem ^{b)}. Ex Palatinatu Lublinensi Dominum Petrum Liasowski ^{s)} iudicem terrae Lublinensis et Adamum Goraiskigo ^{t)}. Ex Palatinatu Belsemi Dominum Stanislaum Milosowium ^{u)} et Joannem Libscium vel Libski ^{v)}. Ex Palatinatu Woliniensi Dominum Alexandrum Zorawin ^{b)} et Wasilium Huliewiczium ^{w)} Wlodimiriensem. Ex Palatinatu Plocensi, Domini Balthaser Kachozium ^{z)} et Petrum Kozlowin ^{zz)}. Ex Palatinatu Masowiensi Stanislaum Radsmiscium ^{ab)} capitaneum Liwsceium ^{ac)} Reclarscium ^{ad)} Petrum Grarowscium ^{ae)} capitaneum Wyscium Nicolaum Troscniscium ^{af)} Stanislavum Lozniscium ^{ag)} Stanislaum Paris tribunum Warsowiensem Franciscum Zelanium a Calicibus ^{b)} Cersciense ^{b)} Paulum Kozakovinum ^{b)} Biedrzicium ^{ah)} et Andream Ciolek. Ex Palatinatu Podlasiensi Dominum Andream Wizinscium ^{ai)} et Georgium Mnosowium ^{b)}. Ex Palatinatu Rawensi. Nicolaum Chociscium ^{ak)} et Jacobum Secinium ^{b)}. In quorum omnium fidem et evidentius testimonium manu propria nos ipsos subscribimus et sigilla sua apprimi curavimus. Actum in planicie circa fluvium Neprum ^{al)} ad Oppidum praefatum Stezicza ^{a)}, die 4 mensis junii, anno domini 1575.

a) *recte*: Stężyca

aa) *in ms.*: Rege

b) *sic in ms.*

d) *recte*: Masuris et Podlasie

e) *recte*: Kioviensi (?)

f) *recte*: Kamieniecensi

g) *recte*: Spisz, Scepusium

h) *recte*: Petrum

i) *recte*: Strzala

k) *forsitan*: Grudziński

l) *forsitan*: Słupski

m) *recte*: Dombrowica

n) *recte*: Gorecki

o) *recte*: Przerembski

p) Lasocki (?) Lasota (?)

q) *recte*: Dombrowski (?)

r) *recte*: Łaszcz

s) *recte*: Lissowski (?)

t) *recte*: Gorayski

u) *recte*: Miłoszowski (?)

v) *recte*: Lipscium vel Lipski

w) *recte*: Hulewicz

z) *recte*: Kachovium, Kakowium, Kakowski(?)

zz) *recte*: Kozłowski (?)

ab) *recte*: Radomyski (?)

ac) *recte*: Liviensem, Liwski (?)

ad) *sic in ms.*

ae) *recte*: Granowski (?)

af) *recte*: Trośnicki (?)

ag) *recte*: Łąznicki (?)

ah) *recte*: Biedrzycki

ai) *recte*: Wyszyński

ak) *recte*: Chościszek ?

al) *sic in ms.*; *recte*: Veprum, Wieprz

Viennae 9.II.1575.

*Ignotus
ad Philippum II regem Hispaniae
de prospectata electione archiducis Mathiae in regem Poloniae
(Hisp.)
A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 14.*

.
Aunque del de Polonia nos dan buenas esperanças, no hay que fiar de los polacos, visto que son tan mudables y tan inconstantes, algunos de ellos piden agora al Archiduque Mathias hijo terçero del emperador.
.

Pragae 16.VI. et 9.VII.1575.

*Ignotus
ad ignotum
de aliquibus rebus relatis ab oratoribus imperatoris in Polonia.
(Hisp. Partim cryptogr.)
A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 16.*

De Praga a 16 de junio 1575.
Que avian llegado a aquella corte los embaxadores que el emperador tenia en Polonia los quales confirmavan lo que se avia dicho que los palatinos y castellanos con la demas gente que se hallava en la Dieta de aquel reyno, se avian ydo a sus cassas, sin concluir cosa alguna, mas de una general demostracion al servicio de la casa de Austria, y que avia quedado publicado el ynterregnum, y ^{x)} los lituanos y prutenos, masovios a devocion de la dicha casa. ^{y)}
Que se entendia que cada provincia avia de juntar su Dieta particular de por si, a los 13 de julio, donde resolveria lo de la election para la prima junta general, que se intimaria luego que fuesen acabadas las particulares, y que por lo que hasta entonçes se creya ^{x)} aunque detuviesen algo la dieta no dexaria de ser conforme a lo que tanto se deseava. ^{y)}
De Praga a 9 de Julio de 1575.
Que se esperaba entender lo que se avia propuesto y resuelto en las juntas particulares de Polonia, que havian de hazerse a los 3 y 13 del presente ^{x)} y que si los que hasta entonces se avian declarado en favor de la Casa de Austria perseveravan en su buena intencion, se ternia por sin dubda que se havia de salir con lo que se pretendia. ^{y)}

.

x)-y) cryptogr.

N. 161.

Pragae 20.II.1575.

Ignotus

ad destinatarios non indicatos (« Aviso »)

de d.r., i.a. de prospectata regis Poloniae electione.

(Hisp.)

A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 17.

.

Que si de los polacos, y de sus palabras y promesas se pudiese tener cierta seguridad, no lo seria menos la esperança de la corona de aquel reyno en nuestro favor, mas que no hay que fiar de todos ellos.

.

N. 162.

Viennae 9.II.1575.

Comes de Montagudo

ad Philippum II regem Hispaniae

de d.r., i.a. de negotiis imperatoris in rege Poloniae eligendo.

(Hisp. Orig. partim cryptogr.)

A.G.S. Estado Leg. 672 f. 24.

.

x) En Polonia cresçen las platicas en favor del emperador, si bien su Magestad camina despacio y con mucha disimulaçion en aquel negoçio, de tres dias a esta parte me ha mandado que luego como sea su Magestad, en Praga le tenga aprestados diez mill florines que con los çinco del otro dia se havran gastado la mitad de los que Vuestra Magestad mando proveer, y como las çedulas de Juan Fernandez Despinosa y) son a pagar en Chamberi de Borgoña tan lexos desta corte con haver muchos dias que reçibi las dichas çedulas y las he embiado, aun no tengo su respuesta.

.

x)-y) *cryptogr.*

Viennae 29.I.1575.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de iis quae ab imperatore in negotio electionis regis Poloniae
exspectantur.*

(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr.)

A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 31.

.
x) De Polonia no ay cosa de nuevo, ni se espera la havra hasta que se açerque el mes de mayo; el emperador camina con mucho tiento en esto, a algunos les paresçe que lentamente, no se si llegado a Bohemia proçedera de otra manera, hallandose mas junto a los polacos de lo que lo esta desde Viena. y)

.
x)-y) cryptogr.

Viennae 13.I.1575.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de pecunia regis Hispaniae pro negotio electionis regis Poloniae
expensa et expendenda, deque huius proximae electionis prospectibus.*

(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr.)

A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 35 y 36.

.
Aunque he significado diversas vezes al emperador el desseo que Vuestra Magestad tiene de ver al Serenisimo principe Ernesto rey de Polonia, y con la voluntad que sera servido acudir a tal negoçio siempre, ha sido esto hasta aqui generalmente pero con la Magestad de la emperatriz de contino he tratado en semejante materia con mas claridad, conformandome con lo que su Magestad ha usado las vezes que desto ha tratado conmigo, y assi agora le di a entender como Vuestra Magestad proveya alguna suma de dinero, visto lo que yo havia offresçido en su real nombre a sus Magestades Cesareas, y como la intencion de la vuestra Catholica desseava se empleassee este dinero en solo aquel negoçio y no en otro, y açerca desto dixè todo lo demas que Vuestra Magestad mandava, sin declarar la cantidad desta provision por que como al presenta han

parado las negociaciones, y el emperador anda por embiar persona de recaudo a tentar los animos de algunos de los de aquel reyno heme estado quedo guardando el dinero conforme a la orden que sus Magestades Cesareas me han dado hasta aqui; y assi puede Vuestra Magestad Catholica estar cierto que este de agora no se empleara sino solo en aquel negocio que aun por otro tanto embie a Constantino Magno a Polonia la otra vez, con instrucciones a este proposito; bien es verdad que sus Magestades me mandan estar a punto, pero hasta el dia que esta escrivio, de solos cinco mill florines se han valido que tomo en Cracovia el Internunçio del Emperador para el mismo efecto, aunque mas anticipadamente de lo que yo quisiera; no se la qualidad de la persona que embiara su Magestad Imperial, pero se de mi las instançias que le he hecho para que quisiera dar dueño a aquel negocio, y le saque de las manos de aquel herege obispo de las Cinco Yglesias y casado dos vezes; y aunque al principio halle a su Magestad fuera de lo que le supplicava; al fin ha venido en ello, y tornando a la respuesta de la Emperatriz me dixo que Vuestra Magestad le hazia mucha merçed, y no menos al emperador en mandar no se tocasse al dinero sino para empleallo en lo que Vuestra Magestad es servido, y esto en tiempo que fuesse util la distribuçion del, y que assi hera justo lo quisiesse el emperador; y con esto besava las reales manos de la vuestra Catholica, contentandose y teniendo por bien se comprehendan en esta provission los nueve mill florines que ha prestado Constantino Magno; y lo mismo fuera de los syete mill y quinientos de Rumpf si se huvieran tomado, por que, aunque su Magestad y yo tuvimos por cierto que a partir de aqui los diera como lo escriví a Vuestra Magestad, despues çesso la platica, y assi çessara el tratar de la partida, lo que se entiende de los polacos sin poderse hazer fundamento en cosa que agora traten es que la negociacion del duque de Florençia ^{a)} va fuera, y que ni el moscovita ni el rey de Sueçia tendran parte en la election ni menos el Transilvano ni Rosembergh el de Bohemia, y assi queda el negocio entre esta Serenisima casa de Austria y el Piasto, que es el pretensor que fuere natural de Polonia y quanto a este tal todos dudan que recayga aquella corona en ninguno del reyno, pero quanto a lo demas; muchos tractan de elegir al Emperador, y no pocos de tomar por rey al Serenisimo Archiduque Ferdinando por ser ya de la edad y experiençia que es para gobernallos, y que tiene la lengua muy bien, pareçiendoles que tomandole por su rey cumplen con Vuestras Magestades; y a esta causa anda mas olvidado el partido del serenissimo Archiduque Ernesto de lo que todos quisieramos, y afirmase que la election sera en mayo por que no se prorrogara la dieta, segun el ultimo decreto que ha poco que se publico; y es que ninguno del reyno de qualquier estado que sea, so pena de ser avido por traydor de su patria y del dicho reyno, en publico ni en secreto trate, ni de impedir la election futura en caso que el Rey no vuelva a gobernallos ni de prorogar la dicha dieta y election para quando esta promulgada; assi se afirma esto, y que los diputados electos en Varsovia para llevar la carta al rey de Françia son ya con el, don Diego de Çuñiga escrivira la respuesta a Vuestra Magestad, de lo en ^{x)} que aquel rey se resolvera, y yo lo que fuere mas entendiendo de la dicha Polonia. ^{y)}

.....

Ha venido estos dias aqui el gran Senechal de Lyon de Françia embiado por su rey, procure saber lo que traya y no ha sido otra cosa que

dar las gracias al emperador por el acogimiento y regalo que aqui hizo al dicho rey quando vino de Polonia, haviendo hecho este tal officio por Italia, assi con el duque de Savoya y governador de Milan como con el de Ferrara y señoria de Veneçia, dio cuenta ansi mesmo a su Magestad del trabajo en que su rey se hallava con sus subditos; y como la causa del Marichal de Anvila, segun el havia declarado no era sino rebelion (que es harto mal) por que el dezia ser catholico y assi traya consigo mucha gente catholica tanto como Hugonota, que todavia se quexava a su Magestad Imperial de las espaldas que hazian a sus rebeldes los príncipes del Imperio que hazian espaldas a sus rebeldes pidiendole les escribiesse sobre esto muy encareçidamente como entiendo lo hara, con tanto retornara el dicho Senechal ^x).

Aunque han querido dezir que passaria a Polonia, de donde ha venido estos dias después que empeçe a escribir esta, tres polacos, el uno por el Obispo de Plosqui ^b), que es el príncipal Prelado de aquel reyno, el otro viene por Lituania, y el otro por un Palatino muy príncipal de aquella provinçia llamado Sborosqui ^c), todos se offresçen al emperador muy claramente, y su Magestad, haviendo sabido de la Emperatriz la provision que Vuestra Magestad ha hecho para lo de Polonia, dixo, que besava las manos a Vuestra Magestad çient mill vezes pues no eran parte la muchedumbre de negoçios y la pesadumbre de ellos para qua Vuestra Magestad se olvidasse de hazer merçed a la suya Imperial, que rogaria a Dios le diesse tiempo y ocasiones y a sus hijos para servir a Vuestra Magestad que yo estuviessse aparejado para quando se me advirtiesse de lo que devia hazer; y que ya se havian començado a valer en Cracovia algunos de los suyos de çinco mill florines de los que yo havia hecho tener alli para este effecto. Respondi a su Magestad, que era tanto lo que la vuestra catholica le amava, y lo mucho que desseava su bien destos Serenisimos príncipes que ningun embaraço que se offresciesse havia de ser parte para que Vuestra Magestad dexasse de anticipar, y adelantar las cosas de la suya Imperial, a todas las demas como lo havia visto siempre y lo veria, diome a entender en esta misma platica que el duque de Ferrara con un embaxador nuevo, que ha de quedar agora aqui, suyo en lugar del que antes estava le havia hecho significar como las promesas que dezian offresçia a los polacos por aquella corona ni eran tantas ni tales como se havia publicado, y que si se havia dado oydos por su parte a lo que algunos polacos le havian offresçido, siempre havia sido con condiçion que no perjudicasse a la pretension de los Serenisimos hijos de su Magestad, ni de sus hermanos, y assi lo seria adelante; de que el emperador se ha dado por muy satisfecho, y assi va admitiendo a los polacos y lituanos que vienen haziendo poco caso de lo demas ^y).

.

^x) Demas de los que aqui he dicho haver venido estos dias de Polonia, no dexan de acudir de todas suertes de gentes, ofresciendose a su Magestad Cesarea y entiendo que el que esta mas firme, es el obispo de Plosqui ^b), y como quien mejor sabe las cosas de aquel reyno, se ha venido a declarar con el emperador diziendo que tiene por mas cierta la eleccion de la Imperial persona de Su Magestad que no en la del serenissimo Principe Ernesto ni en otro sugeto alguno, dizele mas que no embie embaxadores, sino que dexee hazer a los que se precian de serville en aquel reyno, que por este camino se hara mucho mas, creo que

guardara y metera en execuçion su Magestad el consejo del dicho obispo, segun por agora lo da a entender hallase confuso el Emperador viendose con tan poca salud y fuerças para entrar agora de nuevo a gobernar polacos, mas con todo esto a los que lo comunica les paresçe no deve escusarse si a caso le eligiessen pues con dar una vista a Cracovia, y con la prudencia de su Magestad podria ganar las voluntades de los de aquel reyno, para dexar introducido en el o al serenísimo Principe Ernesto o a uno de sus hermanos si Vuestra Magestad juzgare ser conveniente dar a la Cesarea su real paresçer en esto, bien se que aca se tomara como es razon. y)

a) *alia manu super lineam additum est verbum*: Ferrara

b) *recte*: Plock

c) *recte*: Zborowski

x)-y) *hucusque cryptogr.*

N. 165.

Pragae 26.III.1575.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de bona spe electionem imperatoris in regem Poloniae obtinendi,
de pecunia in Poloniam missa.*

(*Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr.*)

A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 37.

.

Desde los XVIII deste que se escrivio la carta general que aqui sera me han mandado sus Magestades Cesareas que no despache el presente correo que va hasta Milan para que de alli parta otro a Vuestra Magestad x) y assi en estos dias se han offresçido cosas aunque pocas que havre de dezir y son que de Polonia llegaron a esta corte a los XXIIII del presente çiertos hombres prinçipales y traen tan buenas nuevas de la disposiçion con que aquel reyno esta para servir al emperador y a sus serenisimos hijos, que ha querido la Cesarea que yo lo escriba a las vuestras catholicas como lo hago. Afirman que la dieta de Polonia no se dilatara por mas que el rey de Françia lo procura. Hame mandado tambien el emperador el dia que esta se çierra que provea otros diez mill florines, como lo he hecho, de manera que ya estan gastados 25 mill a) de lo que Vuestra Magestad mando proveer con reditos de Constantino Magno y la semana que viene se remitiran los otros çinco mill, y con esto se havra cumplido la letra de Juan Fernandez Despinosa de 30.U. a) y puedo assegurar a Vuestra Magestad que no se han empleado en otra cosa estos dineros sino en lo que Vuestra Magestad mando, por que aunque yo he entregado las letras al Doctor Wever b) por mandado del emperador y me ha de dar quitanças del Internunçio de la Cesarea en Polonia; yo tengo buenos avisos de alli para entender lo que se ha hecho del dinero que se ha embiado y se hara del que agora se embia. Procura quanto puede el

emperador por que se reparta este de Vuestra Magestad y el de la suya Cesarea lo mas aproposito y fructuosamente que ser pueda, assi por no gastar lo que gasta sin provecho, como por que deve haver entendido la Emperatriz algo de lo que signifique en conformidad desto, y por que aquella negociacion va cresciendo y el emperador se halla muy falto de posibilidad, no haviendo los bohemios concludido su dieta en la qual se espera le serviran con alguna buena suma para sus cosas no puedo dexar de representar a Vuestra Magestad lo mucho que importaria proveer alguna mas suma de dinero para este effecto, que fuesse la que Vuestra Magestad mas se sirviesse y esto con la brevedad que el negocio pide; y aunque la dieta de Polonia esta señalada para los XII de mayo, todavia se entiende (si al principio della no huviesse algun tumulto) que no se hara la election hasta San Juan; y cierto aunque entiendo las necesidades grandes y obligaciones precisas de Vuestra Magestad como la provision pasada fue de tanta mas cantidad que esta de agora, me parece por lo que desseo el servicio de Vuestra Magestad que ya que no se haga tan cumplida se debia crescer sobre lo proveydo algun tanto mas, que yo estare muy sobre el aviso para que no se gaste malgastado un real tan solo; y en caso que Vuestra Magestad se sirva de proveer de mas dinero, seria necessario que las letras viniessen a los herederos de Augustin Fopa en Chamberi para que el acuda luego con el dinero a Luis Magno en Milan, y desta manera hallare yo recaudo en esta corte, y Vuestra Magestad perdiera menos en los intereses. A quien supplico humildemente perdone este mi atrevimiento del qual no usara sino por no quedar con la lastima en caso que se perdiesse este negocio por falta de provision de no haver hecho en el los officios que devo al servicio de Vuestras Magestades. Entiendo que la Cesarea embiara persona aquitar este trato de las manos a su internunçio, y que el que embiara sera catholico, y sin mostrar al presente sus poderes, ni otras cartas que las secretas que llevare hasta su tiempo, pero aun no se ha declarado la Cesarea que persona sera esta por mas prissa que le da la Emperatriz por si y tambien por mi. y)

.

Estando para cerrar estos pliegos a los XXV del presente en la tarde ^{x)} me mando llamar el Emperador con Dietristan, y me hizo relacion de las cosas de Polonia las quales dize van tan adelante en su favor por estar la mayor parte del Reyno al presente declarado por el Principe Ernesto, si se querra casar con la Reginula y si no por la persona de la Imperial, que le parescia diesse luego a la hora aviso d'ello a Vuestra Magestad y assi escrivio al marques de Ayamonte despache correo yente y viniente a toda diligencia. Diome a entender que el dinero que piden algunos de los principales no es mucho ni lo quieren antes de haver cumplido sus palabras, pero como las hayan cumplido, pretenden se haga con ellos otro tanto incontinente. A estotros personages de menos caudal y calidad se va repartiendo lo que la Magestad Cesarea embia de su Camara y lo que yo le he ydo proveyendo. Por todo esto he collegido que el Emperador espera algun más dinero de Vuestra Magestad del que hasta agora se ha proveydo, pues estando ya gastados XXV. mill ^{a)} florines me manda que le busque luego otros diez mill, que ya passan de la suma de los XXXV mill ^{a)} y aunque poco a Vuestra Magestad supplico se sirva de mandarme advertir de su real voluntad con toda la brevedad posible,

por lo que este negocio importa. No se ofresce otro de nuevo sino que el Dragoman se ha librado al seteno de la mas parte del peligro en que estava, y assi piensan los medicos que vivirá. y)

a) *in ms. signum peculiare « calderon » « U ».*

b) *recte: Weber*

x)-y) *cryptogr.*

N. 166.

S.L. - s.d.

*Marchio de los Velez [Petrus Fajardo]
ad Philippum II regem Hispaniae
de d.r., i.a. de pecunia por « negotio Poloniae » imperatori prestanda.
(Hisp., memoriale non subscriptum)
A.G.S. Estado Leg 672 f. 41, 1.*

Memorial que dio a Su Magestad el marques de los Velez por parte del Conde de Montagudo.

Que el Conde le havia pedido, representasse a Su Magestad la mucha neçessidad de la Emperatriz, y que ya no gasta como solia, por la experiencia le avia limitado la grandeza de su animo; que si Su Magestad no pudiera siempre socorrerla, la Emperatriz recibira merçed en que sea en officios, sacas de cosas y otros avisos que tendra.

Que el Emperador y Emperatriz estan con mucha necessidad del socorro de Su Magestad para el negocio de Polonia, porque no bastan los 30 mill florines, y sin dinero no se efectuara, demas de que se requiere la breve provision.

Lo de la liçençia del Conde de ^{a)}.

Que los negocios que el Conde tiene agora entre manos, fuera de la election de Rey de Romanos, son lo de Flandes y la Liga de Lantzperg, que van a la larga, y los podra continuar su successor.

Representa las buenas partes del Conde para el serviçio de Su Magestad.

Que las personas que asisten al serviçio de la Emperatriz y de Su Magestad, son Pernestan y su muger, Dietristan y la suya, Doña Maria de Cardona, Doña Luysa de Avalos y Doña Sophia, dueña de honor, a quien Su Magestad no tiene forma de gratificar, pero seralo, y assi lo supplica el andar ocupados sus hijos en serviçio del Rey nuestro señor.

a) *hic in ms. spatium album.*

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de negotio electionis regis Poloniae
(Hisp.)
A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 41, 2^o*

.

Assi mesmo me encomendo el conde ^{a)} que significase a Vuestra Magestad la gran neçesidad en que el Emperador y la Emperatriz estavan del socorro de Vuestra Magestad para el negocio de Polonia y quan dependientes de la que Vuestra Magestad les havia de hazer en esto, que seria conforme a la pasada, porque los treynta mill florines que Vuestra Magestad mando proveer no son bastantes para lo que se pretende, y yo como testigo d'esto puedo afirmar a Vuestra Magestad, quan importantes les sean para aquella negoçiacion el dinero, y en más cantidad que los treynta mill florines y assi mesmo la brevedad de la provision d'ellos, como Vuestra Magestad entendera por los avisos que de lo de Polonia tiene, sé decir a Vuestra Magestad que sin dinero, tarde o nunca habran aquel reyno y con entender esto, y la neçesidad que tienen, Vuestra Magestad podra hazer la buena obra que fuere servido a sus hermanos y sobrino.

a) sic in ms.; forsitan agitur de marchione de los Velez?

*Ignotus
ad usum officii
Relatio brevis litterarum quas scribebat comes de Montagudo ad Philip-
pum II regem Hispaniae de d.r., i.a. de negotio electionis imperatoris
vel archiducis Ernesti in regem Poloniae.
(Hisp.)
A.G.S. Estado Leg. 672 f. 43.*

.

Que assi por lo que ciertos personajes principales de Polonia avian referido, como por lo que de ordinario se entendia de aquel reyno, se sabia que la election seria (acabada la dieta) en favor del Archiduque Ernesto casandose con la Reginula; y sino del emperador, y por que

importava tener ganadas las voluntades de los estados, y estaban ya gastados los 30 mill ^{a)} florines que su Magestad mando librar y aun otros cinco mill mas, suplica a instancia de sus Magestades Çesareas se le provea de la mayor cantidad que aca paresçiere, pues del dinero que se distribuya se tenia tal cuydado que no fuesse un real mal gastado, y encaresçe la brevedad por que creya que para San Juan se haria la election a lo mas largo.

.....
a) in ms. *signum peculiare* (« calderon »)

N. 169.

Pragae 18.III.1575.

*Comes de Montagudo
ad Philippum II regem Hispaniae
de negotiis in electione archiducis Ernesti in regem Poloniae.
(Hisp. Relatio ex cryptogr.)
A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 44.*

.....
Quando tratava de despachar esta carta a Vuestra Magestad llego Salinas con las que aqui he acusado, a las quales yre respondiendoy primero dire quanto se ha holgado el emperador de que Vuestra Magestad lo huviesse hecho de oyr a Rumpf los particulares que llevaba a cargo. Dessea su Magestad Çesarea la respuesta desos, y mas lo que toca a las cosas de Flandes por la prissa que le dan los príncipes del imperio instando grandemente para que su Magestad las procure accomodar, y componer con la Vuestra catholica; yo le dixey que a la vuelta de Portugal hallaria Rumpf muy adelante la respuesta de Vuestra Magestad; estimo mucho la suya Imperial y la Emperatriz y el Serenisimo rey de Ungria lo que les signifique y offresçi quanto al assistirlos Vuestra Magestad en sus negoçios, de la futura election de Rey de Romanos, cuyas reales manos dizen que vesan muchas vezes hallandose cada dia de nuevo obligados a servir y reconocer la merçed que Vuestra Magestad les haze, y assi usaran della en su tiempo; aunque dessean no dar pessadumbre a Vuestra Magestad sino servir, en esta conformidad me respondió el Serenisimo Archiduque Ernesto por lo que le dixey del negoçio de Polonia esta lo de aquella election por agora en el estado que Vuestra Magestad havra visto en mis preçedentes, y de los XXX mil ^{a)} florines que Vuestra Magestad me mando proveer para este negoçio; creo se embiaran esta semana los diez mill, aqui siempre ay esperanças pero hasta que este la dieta de aquel reyno junta, no se puede juzgar lo que havra de ser.

.....
a) hic in ms. *signum peculiare* (« calderon »)

N. 170.

S.L., 24, 25.III.1575.

*Imperatrix [Maria]
ad comitem de Montagudo
de pecunia in Poloniam mittenda.
(Hisp. Relatio ex cryptogr.)
A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 45.*

De 24. El emperador me manda que procure los diez mill florines para Polonia, o, las çedulas dellos, y como no os he visto oy, os canso con este papel, pidiendo os mucho que se cumpla esto lo mas presto que sea posible, y que os aperçibais para si fuere menester mas, y veais los recaudos que es menester daros a quien reçibiere estas çedulas, o, a quien holgareis vos de dallas.

De 25. Al doctor Weber quiere el emperador que se den las çedulas, y el dara los recaudos que fueren menester, podriades embiar a llamarle y concluir esto, que lo mas presto sera lo mejor no teniendo pesadumbre en ello.

In margine: A los 28 que parte este correo, no solo estan dados a su Magestad los diez mill florines pero veintiçinco mill; y sobre ellos se me piden otros diez mill que los havre de proveer.

N. 171.

S.L., s.d. [1567]

*Ignotus
ad personas non determinatas (Aviso)
de ingressu Grodnam legationis quam Moschus ad regem Poloniae misit.
(Hisp. Exemplar. - Adest huius scripti textus latinus: E. 657 f. 56. Elementa
ad F.E. VIII, N. 102)
A.G.S. Estado Leg. 672 f. 52.*

N. 172.

S.L., s.d.

*Ignotus
ad usum officii
transcribit depositiones, quas in carcere fecit Fridericus Grossen de pac-
tionibus a duce Moscoviae initis cum duce Magno, fratre regis Daniae,
de terris et civitatibus Livoniae duci Moscoviae tradendis.
(Lat.)
A.G.S. Estado, Leg. 672 f. 53 y 54.*

Pactiones inytæ inter Moscum et ducem Magnum Holzatiensem pro infeudatione Livonyæ.

Iste est interceptus Secretarius ducis Magni Holsatiae et ex vinculis ita respondit:

